V. 491 sqq. ὦ Πέλοπος etc.] Musgravius, quod Chorus ad boni eventus spem animum erigere coeperit, alienam putat hanc alteram carminis partem. At is ipse bonus eventus quum non possit sine caede contingere, aptissime Chorus etiam ad atrocitatem animum advertit, quae inde a Myrtili caede in gente Pelopidarum saevierat. HERM.

Ibid. Schol.: ὦ Πέλοπος· οἷον ἦν καὶ τὸ πρῶτον· πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε. Φερεκύδης φησί· Πέλοψ νικήσας τὸν ἀγῶνα καὶ λαβὼν τὴν Ἱπποδάμειαν, ὑπέστρεφεν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῶν ὑποπτέρων ἵππων καὶ τοῦ Μυρτίλου· καθ' ὁδὸν δὲ καταλαβὼν αὐτὸν προϊόντα πρὸς τὸ φιλῆσαι αὐτήν, ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. Cfr. Sturz. fragm. Pherec. ed. sec. p. 94 sq. Rem ipsam pluribus expositam vide a Diodor. Sic. IV, 73., Pausania VIII, 14, 7. et Schol. ad Eurip. Or. v. 981. ed. Matth. p. 451. De nominativo ἁ πρόσθεν vide ad Ant. 1090 ed. meae.

V. 492. Schol.: πολύπονος ἱππεία· πολύπονος γενομένη πᾶσιν Ἀργείοις· καὶ ἑρμηνεύει αὐτὸ λέγων ὡς ἔμολες αἰανὴ τᾷδε γᾷ. Αἰανὴ δὲ θρηνητική, παρὰ τὸ αἰαῖ, ἐξ οὗ γίνεται. Vide quae de hac voce ad Ai. 653 ed. m. adnotata sunt.

V. 495 sq. Schol.: εὖτε γὰρ ὁ ποντισθείς· ὁ νοῦς τοιοῦτός ἐστιν· ἀφ' οὗ ὁ Μυρτίλος ἀπέθανεν, οὐ διέλιπεν αἰκία τοὺς πολυκτήμονας δόμους· ὁ γὰρ Ἑρμῆς, πατὴρ Μυρτίλου, ἐμήνισε τοῖς Πελοπίδαις. Cfr. Eur. Or. 989 sqq.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει·
οὐ γὰρ πάρεστ' Αἴγισθος, ὅς σ' ἐπεῖχ' ἀεὶ
μήτοι θυραίαν γ' οὖσαν αἰσχύνειν φίλους·
νῦν δ', ὡς ἄπεστ' ἐκεῖνος, οὐδὲν ἐντρέπει
ἐμοῦ γε· καίτοι πολλὰ πρὸς πολλούς με δὴ
ἐξεῖπας, ὡς θρασεῖα καὶ πέρα δίκης
ἄρχω, καθυβρίζουσα καὶ σὲ καὶ τὰ σά.
ἐγὼ δ' ὕβριν μὲν οὐκ ἔχω, κακῶς δέ σε
λέγω, κακῶς κλύουσα πρὸς σέθεν θαμά.
πατὴρ γάρ, οὐδὲν ἄλλο σοὶ πρόσχημ' ἀεί,
ὡς ἐξ ἐμοῦ τέθνηκεν. ἐξ ἐμοῦ· καλῶς
ἔξοιδα· τῶνδ' ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι.

V. 515. Gaisfordius revocavit Triclin. scripturam εἶλε κοὐκ, aliquot codd., ut La. Lb. Γ., confirmatam.

V. 503. Schol.: ἀνειμένη· ἄνεσιν ἔχουσα· πανταχόθεν δὲ διαφόροις ἐξαλλαγαῖς τὸν ἔλεον Ἠλέκτρας διαγράφει ὁ ποιητής. Vide ad Ant. 577 ed. meae.

V. 505. Schol.: αἰσχύνειν φίλους· ἀντὶ τοῦ καθ' ἡμῶν λέγειν. Ceterum noli putare nomen φίλους insolentius hic positum esse. Nam hic quoque dicuntur οἱ φίλοι ii, quos non amare impium est. Cfr. Hermannus in censura Aeschyl. Eumen. ab O. Müllero edit. Opusc. T. VI. 2. p. 33.

V. 507 sqq. καίτοι πολλὰ — ἄρχω] Sensus nexusque hic est: quanquam saepe iam, i. e. neque nunc demum, sed saepe iam multis dixisti insolentem me esse et praeter fas et aequum imperium in te exercere. Cfr. v. 264 ἐκ τῶν δ' ἄρχομαι. et v. 597 καί σ' ἔγωγε δεσπότιν ἢ μητέρ' οὐκ ἔλασσον εἰς ἡμᾶς νέμω. De πολλὰ — δὴ confer v. 603 sq. ὃν πολλὰ δή με etc. 1387 ἤ με πολλὰ δή.

V. 510 sq. ἐγὼ δ' ὕβριν — σέθεν θαμά] Negat Clytaemnestra in se esse, id est a se proficisci contumeliam, sed ab Electra; se enim regerere tantum, quibus ab Electra lacessatur, maledicta. De locutione ὕβριν ἔχειν vide ad Ai. 532 ed. meae.

V. 513. Schol.: ἐξ ἐμοῦ· καλῶς· ἴδιον ῥητορικῆς τόλμης τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι μέν, πιθανὴν δὲ τῶν δεδραμένων ἐπεισφέρειν αἰτίαν· οὐχ ὡς δίκαια δὲ πραττούσης συνηγορεῖ ὁ ποιητής, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀργὸν εἴη τὸ πρόσωπον.

V. 516. εἰ φρονοῦσ' ἐτύγχανες] De imperfecto, pro quo quispiam aoristum exspectaverit, ad O. C. 267 ed. meae monitum est.

V. 518. ἔτλη] Vide de usu huius verbi quae notata sunt ad O. C. 180 ed. meae.

V. 519 sq. οὐκ ἴσον — ἐγώ] Inauditam adverte abundantiam in verbis οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ λύπης, ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ.

ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη,
ᾗ χρῆν σ' ἀρήγειν, εἰ φρονοῦσ' ἐτύγχανες·
ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σός, ὃν θρηνεῖς ἀεί,
τὴν σὴν ὅμαιμον μοῦνος Ἑλλήνων ἔτλη
θῦσαι θεοῖσιν, οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοὶ
λύπης, ὅτ' ἔσπειρ', ὥσπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ.
εἶεν· δίδαξον δή με, τοῦ χάριν τίνων
ἔθυσεν αὐτήν; πότερον Ἀργείων ἐρεῖς;
ἀλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι τήν γ' ἐμὴν κτανεῖν.
ἀλλ' ἀντ' ἀδελφοῦ δῆτα Μενέλεω κτανὼν
τἄμ', οὐκ ἔμελλε τῶνδέ μοι δώσειν δίκην;
πότερον ἐκείνῳ παῖδες οὐκ ἦσαν διπλοῖ,
οὓς τῆσδε μᾶλλον εἰκὸς ἦν θνήσκειν, πατρὸς

V. 521. τίνων, quod restitui, praeter libros Triel. habet La. a pr. manu, terminatione ος supra notata. Vulgo τίνος. Schol. cod. Barocc. in nota exeg. attuli.

Nam οὐκ ἴσον ἐμοὶ prorsus idem est atque οὐκ ἴσον, ὥσπερ ἐγώ. Itaque non intelligitur, qui et ἐμοὶ et ὥσπερ ἐγὼ dici potuerit. Neque ego ita Sophoclem scripsisse credam, a quo non dubito, quin οὐκ ἴσον καμών ποτε, vel simile quid positum fuerit. Deinde non sine causa moneo sensum hunc esse: quanquam non eundem sustinuit dolorem, quum gigneret, quem ego sustinui, quae parens sum. Variavit enim poeta structuram dixitque quae parens sum, pro eo, quod quis exspectaverit, quum parerem.

V. 521. εἶεν] Vide quae de usu huius vocis ad O. C. 1303 ed. meae adnotata sunt. Tum ad verba τοῦ χάριν τίνων etc. recte Scholiastes cod. Bar. adnotavit: ἤγουν τίνος χάριν ἀποδιδοὺς ἐθυσίασεν; τοῦτο δηλοῖ τὸ τίνων, ἤγουν ἀποδιδούς. ἔστι δὲ μετοχὴ καὶ οὐ γενικὴ πληθυντική.

V. 523. ἀλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι etc.] Nullum ius erat in filiam meam, ut eam occiderent. Vide quae ad Ant. v. 48. notata sunt.

V. 524 sq. ἀλλ' ἀντ' — δώσειν δίκην] At fac, ut pro fratre Menelao filiam meam interfecerit, nonne debebat huius occisae poenas mihi dare? Vide Ant. 456 sq. ed. meae cum nota nostra. De ἀλλὰ δῆτα particulis ad Philoct. 1324 ed. meae monitum est.

V. 526. Schol.: πότερον ἐκείνῳ παῖδες· λαμβάνονταί τινες τοῦ ποιητοῦ ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν, ἐπεὶ ἐκεῖνος μίαν γεγονέναι τῷ Μενελάῳ τὴν Ἑρμιόνην φησίν (Odyss. δ, 12.), οὗτος δὲ διπλοῦς ὁμομητρίους φησὶν αὐτῷ γεγονέναι. ὁμῶς συμφωνεῖ αὐτῷ Ἡσίοδος· ἣ τέκεθ' Ἑρμιόνην δουρικλειτῷ Μενελάῳ· ὁπλότατον δ' ἔτεκεν Νικόστρατον, ὄζον Ἄρηος. οὐ περὶ μεγάλων δὲ αἱ τοιαῦται διαφωνίαι τοῖς ποιήμασιν, ὥστε οὐ πάνυ δεῖ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοι-

καὶ μητρὸς ὄντας, ἧς ὁ πλοῦς ὅδ' ἦν χάριν;
ἢ τῶν ἐμῶν Ἅιδης τίν'. ἵμερον τέκνων
ἢ τῶν ἐκείνης ἔσχε δαίσασθαι πλέον;
ἢ τῷ πανώλει πατρὶ τῶν μὲν ἐξ ἐμοῦ
παίδων πόθος παρεῖτο, Μενέλεω δ' ἐνῆν;
οὐ ταῦτ' ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός;
δοκῶ μέν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω.
φαίη δ' ἂν ἡ θανοῦσά γ', εἰ φωνὴν λάβοι.
ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις
δύςθυμος· εἰ δὲ σοὶ δοκῶ φρονεῖν κακῶς,
γνώμην δικαίαν σχοῦσα, τοὺς πέλας ψέγε.

V. 529. Brunckius ἢ scripsit.

V. 537. Recte Neuius εἰ δὲ σοὶ scripsit. Vulgo scribitur εἰ δέ σοι.

ούτων ἐνοχλεῖν, ἀφεμένους τῶν ἀναγκαιοτέρων, ἅπερ παρατηρεῖν ἐχρῆν· ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ὅρα οὖν, πῶς ἐκείνῳ τῷ μέρει τῆς ἱστορίας κατεχρήσατο, ὅτι συνέφερεν τῷ λόγῳ τῆς Κλυταιμνήστρας.

V. 529. Schol.: ἢ τῶν ἐμῶν Ἅιδης· τὸ ἑξῆς· ἢ τῶν ἐμῶν τέκνων δαίσασθαι πλέον ἵμερόν τινα Ἅιδης ἔσχεν, ἢ τῶν ἐκείνης; Immo hic quidem vix dubium quin δαίσασθαι infinitivus epexegeticus sit. Vide Porson. et Schaefer. ad Eur. Med. 1396.

V. 532. Μενέλεω δ' ἐνῆν] Recte Schol. cod. Lips.: τῶν τοῦ Μενέλεω παίδων. Male Schol. Barocc.: ἆρα ὁ πόθος τῶν ἐξ ἐμοῦ παίδων ἠμελεῖτο τῷ πανώλει πατρὶ Ἀγαμέμνονι, τῷ δὲ Μενελάῳ ἐνυπῆρχε πόθος τῶν αὐτοῦ παίδων; Arguit μὲν particula, quae, si Μενέλεω scriberetur, non isto loco, sed sic deberet posita esse: τῷ μὲν πανώλει πατρί. HERM.

V. 532. Schol. rec.: κακοῦ γνώμην· ἤγουν κακοτρόπου.

V. 534. σῆς δίχα γνώμης] Licet quae ego dico a tua sententia diversa sint. Vide Schaefer. ad Theogn. 91. F. IACOBS.

V. 536 sq. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ εἰμὶ δύςθυμος] Me igitur non poenitet haec fecisse. De vocabulo δύςθυμος cfr. v. 211 ed. meae.

V. 537 sq. Schol.: γνώμην δικαίαν· οἷον λογισμῷ χρησαμένη δικαίῳ, μὴ τὸ πᾶν ὀργῇ καταχαριζομένη. τοὺς πέλας ψέγε· ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς. τινὲς τοὺς πέλας τοὺς περὶ Ἀγαμέμνονα. Scholiastarum igitur alii sic hunc locum intellexerunt, ut iunctis verbis γν. δικ. σχ. cum sequentibus, Clytaemnestram hoc dicere putarent: si vero tibi videor male iudicare, aequiore usa judicio me reprehende. Atqui falsam hanc interpretationem esse, non opus est ut planum faciam. Alii contra, qui nomine τοὺς πέλας Agamemnonem significari viderunt, non est dubium quin verba γν. δικ. σχ. cum antecedentibus iunxe-

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν γέ μ', ὡς ἄρξασά τι
λυπηρὸν, εἶτα σοῦ τάδ' ἐξήκουσ' ὕπο·
ἀλλ' ἢν ἐφῇς μοι, τοῦ τεθνηκότος θ' ὕπερ
λέξαιμ' ἂν ὀρθῶς τῆς κασιγνήτης θ' ὁμοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

καὶ μὴν ἐφίημ'· εἰ δέ μ' ὧδ' ἀεὶ λόγους
ἐξῆρχες, οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν.

V. 541. θ' scripsi cum libris Triclin. Vulgo γ', nisi quod nonnulli codd., ut La. et Γ., neutram particulam habent.

V. 543. Quod restitui λόγους, legitur in La a pr. manu. Vulgo λόγοις. Quam scripturam alienam esse contendo a Graecorum usu loquendi.

rint, sensumque hunc esse statuerint: si vero tibi videor male iudicare, quae recto usa sim iudicio, in Agamemnonem culpam confer. Atque hanc unam veram puto interpretationem esse. Nexus enim sensusque totius loci hic est: Itaque me quidem non poenitet occisi a me Agamemnonis; quae mens mea si tibi displicet egoque non recte fecisse tibi videor, quae recto usa sim iudicio, eius facti culpam in alios confer et eum accusa, qui me ut istud facerem, coegit, id est Agamemnonem. De verbis γνώμην δικ. σχοῦσα vide v. 528 ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλε etc. De locutione τοὺς πέλας cfr. Ai. 1151. Ant. 479.

V. 539 sq. Schol.: ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν· οὐκ ἂν εἴποις, ὡς λυπήσασά σε τοιαῦτα ἀντακήκοά σου· ἐμοῦ γὰρ εἰπούσης οὐδέν, σὺ προκατήρξω τῆς εἰς ἐμὲ λοιδορίας. De collocatione verborum ἐρεῖς μὲν οὐχὶ vide ad Ant. 223 ed. meae. Ceterum ἀκούειν τι ὑπό τινος facile apparet tum tantum dici posse, quum significet verbis excipi ab aliquo, veluti maledictis ab aliquo lacessi. Sic Ai. 1320 sq.

V. 541 sq. τοῦ τεθν. — τῆς κασιγνήτης θ'] Verba τῆς κασιγνήτης τε ita opposuit praecedentibus, τοῦ τεθνηκότος τέ, quasi pro illis scripsisset τοῦ πατρός. Nam et Agamemno et Iphigenia inter mortuos erant.

V. 543 sq. Schol.: εἰ δέ μ' ὧδ' ἀεὶ λόγους· εἰ πρὸ τῶν λόγων ἐπυνθάνου, εἰ τὸ λέγειν σοι ἐφίημι, οὐκ ἂν ἦς λυπηρά. Paullo liberius ita verba Sophoclis interpretatus est. Locutio λόγους ἐξάρχειν τινὰ significat appellare aliquem sive verba ad aliquem facere incipere. Simile est quod Euripides posuit Troad. 149 sq. μολπὰν — ἐξῆρχον θεούς, significans: μέλπειν θεοὺς ἤρχοντο: et quod a Sophocle dictum O. C. 1115 ed. meae, λόγον μηκύνειν τινά, de aliquo diutius dicere, ad quem locum vide quae

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ δὴ λέγω σοι. πατέρα φῂς κτεῖναι. τίς ἂν
τούτου λόγος γένοιτ' ἂν αἴσχίων ἔτι,
εἴτ' οὖν δικαίως, εἴτε μή; λέξω δέ σοι,
ὡς οὐ δίκῃ γ' ἔκτεινας, ἀλλά σ' ἔσπασεν
πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ᾧ τανῦν ξύνει.
ἐροῦ δὲ τὴν κυναγὸν Ἄρτεμιν, τίνος
ποινὰς τὰ πολλὰ πνεύματ' ἔσχ' ἐν Αὐλίδι·
ἢ 'γὼ φράσω· κείνης γὰρ οὐ θέμις μαθεῖν.
πατήρ ποθ' οὑμός, ὡς ἐγὼ κλύω, θεᾶς
παίζων κατ' ἄλσος ἐξεκίνησεν ποδοῖν
στικτὸν κεράστην ἔλαφον, οὗ κατὰ σφαγὰς

V. 551. ποινὰς, quod Musgravius iam scribendum coniecit, habet La. a pr. m., Lb. et Δ. In Γ. est ποινᾶς. Ceteri libri ποινῆς.

V. 554. παίζων corruptum est. Neque tamen, quid scripserit poeta, adhuc reperire mihi licuit. Illud non dubium videtur quin istius modi verbum positum fuerit, quod significationem oberrandi haberet.

notata sunt. Deinde verba οὐκ ἂν ἦσθα λυπηρὰ κλύειν idem fere significare atque οὐκ ἂν ἦν λυπηρὸν κλύειν σου, iam ad O. C. 37 ed. meae monitum est.

V. 545. καὶ δὴ λέγω σοι] De καὶ δὴ particulis supra ad v. 310. dictum est.

V. 545. Schol.: πατέρα φῂς κτεῖναι· ὡς ῥήτωρ διεῖλεν εἰς κεφάλαια τὸν λόγον· καὶ πρῶτον κεφάλαιον, ὅτι οὐδὲν χαλεπώτερον τούτου, εἴ γε δικαίως· δεύτερον, ὅτι οὐ δικαίως, ἀλλὰ πεισθεῖσα Αἰγίσθῳ· δείκνυσι δὲ, ὅτι ἀκουσίως ὁ Ἀγαμέμνων ἔθυσε τὴν Ἰφιγένειαν ἐν τῇ Αὐλίδι.

V. 548. Schol.: ὡς οὐ δίκῃ γ' ἔκτεινας· ἐναντίον τῷ ἡ γὰρ δίκη νιν εἷλε.

V. 549. πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός] De addita praepositione vide quae ad Ant. 193. collecta sunt exempla similia.

V. 550 sq. τίνος ποινάς] i. e. τί ἐκδικήσουσα. De appositione autem, cuius loco ποινὰς positum, vide Matth. §. 432. 5. Tum τὰ πνεύματ' ἔσχε idem est atque τοὺς ἀνέμους κατέσχε, ut dixit Schol. ad Eur. Or. 647. ed. Matth., de Iphigenia exponens. Cfr. O. C. 429. 888. Denique τὰ πολλὰ πνεύματα recte videtur Hermannus explicasse, multos illos ventos, qui flare ibi solent. Congruit hoc cum natura Euripi, qui locus, si quis alius, ventosus est et procellosus. Cfr. Liv. XXVIII, 6.

V. 553. ὡς ἐγὼ κλύω] Vide ad O. C. 33. et ad Phil. 259 ed. meae. Ceterum causas illius sacrificii alias tradunt Aeschylus Agam. 104 — 159. Euripides Iph. T. 15 — 24. Callimachus in Dian. 262.

V. 555. στικτὸν — ἔλαφον] Vide quae ad Phil. 183 ed. meae adnotata sunt.

V. 555 sq. οὗ κατὰ σφαγὰς — βαλών] Cuius de

ἐκκομπάσας ἔπος τι τυγχάνει βαλών.
κἀκ τοῦδε μηνίσασα Λητῴα κόρη
κατεῖχ' Ἀχαιούς, ὡς πατὴρ ἀντίσταθμον
τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην.
ὧδ' ἦν τὰ κείνης θύματ'· οὐ γὰρ ἦν λύσις
ἄλλη στρατῷ πρὸς οἶκον, οὐδ' εἰς Ἴλιον.
ἀνθ' ὧν, βιασθεὶς πολλὰ κἀντιβάς, μόλις
ἔθυσεν αὐτήν, οὐχὶ Μενέλεω χάριν.
εἰ δ' οὖν, ἐρῶ γὰρ καὶ τὸ σόν, κεῖνον θέλων
ἐπωφελῆσαι ταῦτ' ἔδρα, τούτου θανεῖν
χρῆν αὐτὸν οὕνεκ' ἐκ σέθεν; ποίῳ νόμῳ;
ὅρα, τιθεῖσα τόνδε τὸν νόμον βροτοῖς,
μὴ πῆμα σαυτῇ καὶ μετάγνοιαν τίθης.

V. 555. Hermannus coniunctim καtασφαγὰς scripsit.

V. 568. Et hic et v. 571. indicativum restitui τίθης, inde a Brunckio invitis codicibus in coniunctivum mutatum. Unus enim cod. Par. D. hoc versu praebuit τιθῇς. Vide notam exegeticam.

caede quum gloriabatur forte impium verbum (in Dianam) iecit. Scholiastes ad Eur. Or. 647. ed. Matth.: *καυχησάμενος δὲ ἐπὶ τῇ ἐπιτυχίᾳ καὶ εἰπών, ὡς οὐδ' ἂν αὐτὴ ἡ Ἄρτεμις οὕτως ἔβαλεν, ἐπειράθη τῆς θεοῦ ὀργιζομένης καὶ κατεχούσης τοὺς ἀνέμους, ὡς μὴ δύνασθαι αὐτοὺς εἰς Ἴλιον στέλλεσθαι.*

V. 557. *Λητῴα κόρη*] Vide ad Ai. 134 ed. meae.

V. 558 sq. *κατεῖχ' Ἀχ., ὡς — ἐκθύσειε*] Bene de hac dicendi forma exposuit Porsonus ad Eur. Phoen. 89.

V. 560. *ὧδ' ἦν — θύματ'*] Adverte brevitatem dictionis. Hoc enim dicit: hanc ob causam illa sacrificata est.

V. 560 sq. *οὐ γὰρ ἦν λύσις etc.*] Non enim alia expediundi exercitus domum aut Ilium facultas erat. De substantivorum, quale *λύσις* est, significatu ad Phil. 61. monui. Verbum autem *λύειν*, quo respicit ad verbum paullo ante positum *κατεῖχε*, simili modo positum, quo saepe *σώζειν* usurpatur; nam et expediendi et perducendi significatum hic habet.

V. 562 sq. *ἀνθ' ὧν — ἔθυσεν αὐτήν*] Male vulgo *ἀνθ' ὧν* cum *βιασθεὶς* cohaerere ac significare quam ob rem putatur. Iungendum potius cum *ἔθυσεν* ita ut quae vulgaris *ἀντὶ* praepositionis potestas est, ea hic quoque posita sit atque *ἀνθ' ὧν* valeat: pro eo, ut posset exercitus Ilium proficisci.

V. 567 sq. *ὅρα — μὴ πῆμα — τίθης*] Schaeferus Melett. Critt. p. 115. statuit *ὅρα μὴ* sequente coniunctivo significare cave, ne, sequente indicativo vide num; idque probavit Hermannus ad Elmsleii Med. Eur. v. 310., pluribus ea

εἰ γὰρ κτενοῦμεν ἄλλον ἀντ' ἄλλου, σύ τοι
πρώτη θάνοις ἄν, εἰ δίκης γε τυγχάνοις.
ἀλλ' εἰςόρα, μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τίθης.
εἰ γὰρ θέλεις, δίδαξον, ἀνθ' ὅτου τανῦν
αἴσχιστα πάντων ἔργα δρῶσα τυγχάνεις,
ἥτις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ, μεθ' οὗ
πατέρα τὸν ἀμὸν πρόσθεν ἐξαπώλεσας,
καὶ παιδοποιεῖς, τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς
κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις.
πῶς ταῦτ' ἐπαινέσαιμ' ἄν; ἢ καὶ τοῦτ' ἐρεῖς,
ὡς τῆς θυγατρὸς ἀντίποινα λαμβάνεις;
αἰσχρῶς δ', ἐάν περ καὶ λέγῃς. οὐ γὰρ καλὸν
ἐχθροῖς γαμεῖσθαι τῆς θυγατρὸς οὕνεκα.
ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲ νουθετεῖν ἔξεστί σε,

V. 578. La ἐπαινέσωμεν. Tum Brunckius aliique ἤ, alterum primus Hermannus ex codd. restituit.

de re exponens. At certum est hoc potius discrimen esse, ut ὅρα μὴ sequente coniunctivo sit vide vel cave, ne, sequente indicativo vide, an non. Plato Lach. p. 196. c. ὁρῶμεν, μὴ Νικίας οἴεταί τι λέγειν, καὶ οὐ λόγου ἕνεκα ταῦτα λέγει, i. e. videamus, an non aliquid se dicere Nicias putet, et non dicis causa ista dicat. Idem Alcib. sec. p. 139. d. ἀλλ' ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει, i. e. sed vide, an non aliter haec se habeant. Eodemque modo accipiendum est, quod nuntius dicit in Soph. Ant. 1253 sq. ἀλλ' εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετον κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ, itaque videamus, an non occlusum aliquid irato animo servet. Fortasse aliquid moliri animo irato Iocasten nuntius concedit. Recte contra coniunctivus positus est et huius fab. 1004. et Philoct. 30.

V. 571. Schol.: ἀλλ' εἰςόρα· ὅρα, φησί, μὴ παρακάλυμμα τῶν σαυτῆς ἀδικημάτων ταύτην κομίζῃ τὴν πρόφασιν. Verba οὐκ οὖσαν recte interpretatur Neuius inanem.

V. 572. ἀνθ' ὅτου] Non tam significat: cuius rei causa, quem in modum vulgo interpretantur, sed pro qua re, id est quam iniuriam ultura.

V. 574. Schol. rec.: παλαμναίῳ· φονεῖ. παλαμναῖος ὁ ταῖς οἰκείαις χερσὶ φόνον ἐργασάμενος.

V. 576. καὶ παιδοποιεῖς] Erigonen Aegisthi filiam memorat Pausanias II, 18, 5. matremque eius diserte indicat Clytaemnestram Tzetzes ad Lycophr. 1374. HERM.

V. 576 sq. Schol. rec.: εὐσεβεῖς· ἐννόμους, ἤγουν ἐξ ἐννόμου γάμου. κἀξ εὐσεβῶν·

ἢ πᾶσαν ἵης γλῶσσαν, ὡς τὴν μητέρα
κακοστομοῦμεν. καί σ' ἔγωγε δεσπότιν
ἢ μητέρ' οὐκ ἔλασσον εἰς ἡμᾶς νέμω,
ἢ ζῶ βίον μοχθηρόν, ἔκ τε σοῦ κακοῖς
πολλοῖς ἀεὶ ξυνοῦσα τοῦ τε συννόμου.
ὁ δ' ἄλλος ἔξω, χεῖρα σὴν μόλις φυγών,
τλήμων Ὀρέστης δυςτυχῆ τρίβει βίον·
ὃν πολλὰ δή μέ σοι τρέφειν μιάστορα
ἐπῃτιάσω· καὶ τόδ', εἴπερ ἔσθενον,
ἔδρων ἄν, εὖ τοῦτ' ἴσθι. τοῦδέ γ' οὕνεκα
κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας εἴτε χρὴ κακήν,
εἴτε στόμαργον εἴτ', ἀναιδείας πλέαν.
εἰ γὰρ πέφυκα τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις,
σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν.

V. 583. Ald. et plerique codd. ἵεις. Brunckius ἱεῖς. Vide Porson. ad Eur. Or. 141.

τουτέστιν ἐννόμῳ γάμῳ ἡρμοσμένων, ἤγουν ἐννόμων. Verba ἐκβαλοῦσ' ἔχεις hoc fere significant: fecisti ut exularint.

V. 582. ἀλλ' οὐ γὰρ etc.] De ἀλλὰ — γὰρ particulis, quae paullo aliter atque vulgo hic usurpatae sunt, monitum iam supra ad v. 216 sq. Eodem modo infra positae sunt v. 606 sq. ed. meae et Ant. 155. Ceterum recte Schol.: τὸν ἔλεγχον νουθεσίαν ὠνόμασεν.

V. 583. πᾶσαν ἵης γλῶσσαν] Vide quae ad O. C. 130 sq. ed. meae adnotata sunt. Schol. Ten.: πᾶσαν — γλῶσσαν· τουτέστι λέγεις πάντα λόγον.

V. 590. μιάστορα] i. e. ἀλάστορα. Aeschyl. Eumen. 176 οὔποτ' ἐλευθεροῦται· ποτιτρόπαιος ὢν δ', ἕτερον ἐν κάρᾳ μιάστορ' ἐκείνου πάσεται. Eurip. Med. 1361 οἴδ' εἰσὶν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες. Intelligendi οἱ παῖδες. Aliter v. 275. NEU.

V. 592. τοῦδέ γ' οὕνεκα] Vide supra ad v. 380.

V. 595 sq. εἰ γὰρ πέφυκα etc.] Scholiastes: εἰ γέγονα τούτοις τοῖς κακοῖς ἔνοχος, στόμαργος καὶ ἀναιδής, ὡς φῄς, οὐ καταισχύνω σου τὴν φύσιν, ἐλάττων σου οὖσα, ἀλλ' ὁμοία σου φανήσομαι. Eustathius p. 1969, 18. (ad Od. ω, 508. μή τι καταισχύνειν πατέρων γένος): ὅτι καταισχύνει τις γένος, ὅτε κατ' ἀρετὴν ἀνόμοιος τοῖς προγόνοις ἐκβαίνει. ἐντεῦθεν τὸ τραγικὸν ἐῤῥήθη ἀντιστρόφως κατά τι σκῶμμα, εἰ γὰρ πέφυκα τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις, σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν. ὡς γὰρ παῖς ἐκβὰς ἀγαθὸς οὐ καταισχύνει ἀγαθοὺς γονεῖς, οὕτως οὐδὲ τοὺς φαύλους παῖς κακῶν ἴδρις κατ' ἐκείνους γενόμενος.

V. 596. τὴν σὴν — φύσιν] i. e. τὴν ἀπὸ σοῦ φύσιν. Vide ad v. 336 ed. m.; de nomine

ΧΟΡΟΣ.

ὁρῶ μένος πνέουσαν· εἰ δὲ σὺν δίκῃ
ξύνεστι, τοῦδε φροντίδ' οὐκέτ' εἰσορῶ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τῆνδε φροντίδος,
ἥτις τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν ὕβρισεν,
καὶ ταῦτα τηλικοῦτος; ἆρά σοι δοκεῖ
χωρεῖν ἂν εἰς πᾶν ἔργον αἰσχύνης ἄτερ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

εὖ νῦν ἐπίστω τῶνδέ μ' αἰσχύνην ἔχειν,
κεἰ μὴ δοκῶ σοι· μανθάνω δ', ὁθούνεκα
ἔξωρα πράσσω κοὐκ ἐμοὶ προςεικότα.
ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκ σοῦ δυςμένεια καὶ τὰ σὰ
ἔργ' ἐξαναγκάζει με ταῦτα δρᾶν βίᾳ.
αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται.

V. 601. ἆρά σοι La. a pr. m. et Lb. Vulgo ἆρ' οὖ σοι.

φύσιν vide v. 325. Verba σχεδόν τι eadem cum acerbitate dicta hic sunt, qua posita ab Antigona in fab. cogn. v. 470 σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.

V. 597 sq. Schol.: ὁρῶ μένος πνέουσαν· ὁ Χορὸς τεθαυμακὼς ἐπὶ τοῖς λόγοις, φησὶν, ὁρῶ μένος πνέουσαν τὴν παῖδα· εἰ δὲ σὺν δίκῃ αὐτῇ τοῦτο τὸ μένος σύνεστιν, τούτου τοῦ μένους φροντίδα οὐκέτι ὁρῶ γινομένην ὑπό τινος. εὐσχημόνως δὲ ἐς τὴν Κλυταιμνήστραν τὸν λόγον ἀποτείνουσιν· ἀντιλαμβανομένη οὖν ἐκείνη τοῦ λόγου, φησίν· ποίας δέ μοι δεῖ πρός γε τῆνδε φροντίδος; Addit Hermannus: erudite haec, sed illa, εἰ δὲ σὺν δίκῃ ξύνεστι, sic potius videntur explicanda: εἰ δὲ ἡ Ἠλέκτρα σὺν δίκῃ ξύνεστι τῷ μένει. Τοῦδε autem non ad μένος, sed ad totam rem refertur: video eam furorem spirare; sed an iure se ei dederit, hoc non iam curari video.

V. 599. ποίας δέ μοι δεῖ] De structura verbi δεῖ vide Matth. §. 391. 2.

V. 600. τοιαῦτα τὴν τ. ὕβρισεν] De locutione ὑβρίζειν τοιαῦτά τινα vide ad O. R. 259 sq. ed. meae.

V. 601. Schol.: καὶ ταῦτα τηλικοῦτος· ὑπὲρ ἐπιτάσεως, ὅτι εἰ καὶ δοίη τις ἐξουσίαν ἀντιλέγειν τοῖς γονεῦσιν, ἀλλ' οὐ ταύτῃ παρθένῳ οὔσῃ ἔπ[illegible]τε τηλικαύτῃ. De forma τηλικοῦτος vide Buttm. §. 60. not. 4. Matth. §. 118. not. I.

V. 601 sq. ἆρά σοι — ἄτερ] Non sine causa moneo sensum hunc esse: nonne videtur tibi quodvis facinus ausura esse sine ullo pudore? De ἆρα vide ad Ai. 269 ed. meae.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ θρέμμ' ἀναιδές, ἦ σ' ἐγὼ καὶ τἄμ' ἔπη
καὶ τἄργα τἀμὰ πόλλ' ἄγαν λέγειν ποιεῖ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σύ τοι λέγεις νιν, οὐκ ἐγώ. σὺ γὰρ ποιεῖς
τοὔργον· τὰ δ' ἔργα τοὺς λόγους εὑρίσκεται.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἀλλ' οὐ μὰ τὴν δέσποιναν Ἄρτεμιν θράσους
τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις, εὖτ' ἂν Αἴγισθος μόλῃ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει, μεθεῖσά μοι
λέγειν ἃ χρῄζοιμ', οὐδ' ἐπίστασαι κλύειν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς
θῦσαί μ', ἐπειδὴ σοί γ' ἐφῆκα πᾶν λέγειν;

V. 607. Schol.: ἐμφατικώτερον τὸ ἐξαναγκάζει με διὰ τῆς προθέσεως.

V. 609. ὦ θρέμμ'] Adscripsit Neuius Trach. 574. 1093. 1099. Aesch. Spt. c. Th. 182 ὑμᾶς ἐρωτῶ, θρέμματ' οὐκ ἀνασχετά. Eur. Androm. 261 ὦ βάρβαρον σὺ θρέμμα καὶ σκληρὸν θράσος. Recte totum locum interpretatur Hermannus: profecto nimis multa loquendi tibi occasionem et ego et mea dicta et facta mea praebent.

V. 611. σύ τοι λέγεις νιν] i. e. αὐτά. Vide supra ad v. 429. De tota locutione vide Valcken. ad Eur. Hipp. 352.

V. 613. δέσποιναν] Vide ad Ai. 38. Verba θράσους τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις recte, puto, Matthiaeus explicat: poenam huius audaciae non effugies. Cfr. Gramm. Gr. §. 353. 2. coll. §. 369. 370.

V. 615. ὁρᾷς] Admonentis est atque reprehendentis formula. Cfr. Valcken. ad Eur. Phoen. 726. et Porson. ad Eur. Or. 581. Nos similiter: siehst du? Scholiastes: οὐκ ἐμμενεῖς οἷς πρότερον εἶπας; ἔφη γάρ· καὶ μὴν ἐφίημι. πιθανῶς δέ· οὐ γὰρ χρὴ ἐν ταῖς ἀντιλογίαις θυμοῦσθαι τὸν ἡττώμενον. Ceterum ἐκφέρεσθαι hic valet abripi se pati, efferri. Similis ἐκ praepositionis potestas est in verbo ἐκτρέπειν, veluti Ai. 53.

V. 617. ὑπ' εὐφήμου βοῆς] Bene Brunckius vertit: male ominatis clamoribus (sive verbis) parcens, i. e. cum silentio. Vide tamen quae ad Trach. 175 ed. meae, adnotata sunt. De ὑπὸ praepositione cfr. Matth. §. 592. β.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐῶ, κελεύω, θῦε, μηδ' ἐπαιτιῶ
τοὐμὸν στόμ', ὡς οὐκ ἂν πέρα λέξαιμ' ἔτι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἡ παροῦσά μοι
πάγκαρπ', ἄνακτι τῷδ' ὅπως λυτηρίους
εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων, ὧν νῦν ἔχω.
κλύοις ἂν ἤδη, Φοῖβε προστατήριε,

V. 621. Schol.: ἔπαιρε δὴ σύ· πρὸς θεράπαιναν φησί. θύματα δὲ, θυμιάματα. Verbum ἔπαιρε eodem hic sensu positum, quo in Ai. 537 ed. meae αἶρε. De nominativo ἡ παρ., pro quo vocativum quis exspectaverit vide ad Ant. 1090 ed. meae.

V. 622. Schol.: πάγκαρπα· ἐπίπαν ὄσπρια ἔθυον τοῖς θεοῖς.

V. 622 sq. λυτηρίους — δειμάτων] De genitivo vide ad v. 439 sq. ed. meae.

V. 624. Schol.: προστατήριε· ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἵδρυται. Similiter Hesychius: προστατήριος· τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο. Photius: προστατήριος Ἀπόλλων, ἐπεὶ πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἱδρύοντο. Σοφοκλῆς. Contra quos recte Hermannus ad Trach. 208. (209. ed. Br.): „Falsa est, inquit, haec explicatio. Nam in Electrae v. 637., quem respexerunt, Apollo non quod ante fores statuam habeat, sed ut defensor vocatur προστατήριος. Quin eo cognomine templum habebat Megaris, teste Pausania I, 44, 2., in quo simulacra et ipsius et Dianae et Latonae erant. Eadem ratione etiam Diana dicta προστατηρία apud Aeschylum Spt. c. Th. 455., minime illa eadem cum προπυλαία, προθυραία, προθυρίδια, ut putabat Spanhemius ad Callim. h. Dian. 38. p. 196. ed. Ern.“ Malim tamen προστάτην et προστατήριον explicare patronum sive tutorem. Talem quum putarent et colerent Apollinem veteres Graeci, statuas ei solebant ante aedes ponere, ut mala quaelibet defenderet. Non igitur προστάτης dictus, quod ei statuae ante aedes positae fuerint, sed quia erat προστάτης, i. e. defensor sive tutor, eam ob causam statuae ei ante aedes positae sunt. Cfr. ad O. R. 16. notata. Ita Chorus ait O. R. 881 θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων, ubi nomine θεὸν Apollinem significari docuimus. De verbis κλύοις ἂν Scholiastes rec.: ἐπὶ τῶν μεγάλων προσώπων, ἐφ' ὧν ἐδόκει βαρὺ τὸ φανερῶς προστάττειν, ἐχρῶντο οἱ Ἀττικοὶ εὐκτικῷ μετὰ τοῦ ἄν, ὡς ἐνταῦθα ἔχει τὸ κλύοις ἂν ἀντὶ τοῦ ἐπάκουε. Cfr. Matth. §. 515. γ. Rost. §. 118. 3. b.

V. 625. κεκρυμμένην μου βάξιν] Apertum est recteque monitum a Musgravio κεκρ. βάξιν non de submissa voce, sed de ambiguitate et obscuritate verborum intelligi debere. Mox enim dicit non expedire sibi πᾶν ἀναπτύξαι, i. e. totam rem, ut accidit, enarrare. Cfr. etiam v. 644 sq. ed. meae.

κεκρυμμένην μου βάξιν. οὐ γὰρ ἐν φίλοις
ὁ μῦθος, οὐδὲ πᾶν ἀναπτύξαι πρέπει
πρὸς φῶς, παρούσης τῆσδε πλησίας ἐμοί,
μὴ σὺν φθόνῳ τε καὶ πολυγλώσσῳ βοῇ
σπείρῃ ματαίαν βάξιν ἐς πᾶσαν πόλιν.
ἀλλ' ὧδ' ἄκουε· τῇδε γὰρ κἀγὼ φράσω.
ἃ γὰρ προςεῖδον νυκτὶ τῇδε φάσματα
δισσῶν ὀνείρων, ταῦτά μοι, Λύκει' ἄναξ,
εἰ μὲν πέφηνεν ἐσθλά, δὸς τελεςφόρα,

Ibid. Schol.: *οὐ γὰρ ἐν φίλοις· οὐκ εἰς τὸν Χορὸν ἀποτείνεται, ἀλλ' εἰς τὴν Ἠλέκτραν.*

V. 628. *πολυγλώσσῳ βοῇ*] Sic v. 798.

V. 629. *ματαίαν βάξιν*] Adiectivo *μάταιος* idem fere significari hic videtur atque Aeschyl. Eum. 336 *αὐτουργίαι μάταιαι.* Soph. Trach. 565 *ψαύει ματαίαις χερσίν.* Apud Herodotum dicuntur *λόγοι μάταιοι* sermones improbi et temerarii. Vide Ind. Herodot. F. IACOBS. Praestabit, opinor, *βάξιν ματαίαν* interpretari falsum rumorem. Cfr. v. 63 *λόγῳ μάτην θνήσκοντας.* 1298 *ἐπ' ἄτῃ τῇ μάτην λελεγμένῃ.* Phil. 345 *λέγοντες εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην.* Trach. 341.

V. 630. Schol.: *ἀλλ' ὧδ' ἄκουε· οὕτως ἐμοῦ λεγούσης· τῇδε γὰρ ἀντὶ τοῦ τούτῳ τῷ τρόπῳ.*

Ibid. *τῇδε γὰρ κἀγὼ φράσω*] Nam etiam hac ratione dicam; i. e. nam proferam preces meas, quamvis obscure tantum praesente Electra proferendas putem. De *καὶ* particula, quae non iungenda cum *ἐγὼ* pronomine, sed cum *τῇδε* est, vide quae ad Ant. 280 ed. meae adnotata sunt.

V. 631. *ἃ γὰρ προςεῖδον*] De *γὰρ* particula, eodem quo hic modo rursus usurpata v. 668. 677 ed. meae, vide ad Ant. 238 sq.

V. 632. Schol.: *δισσῶν ὀνείρων· ἢ διπλῆν ἐχόντων φύσιν, ὡς καὶ Ὅμηρος* (Od. τ, 562.)· *δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων· δύναται δὲ τὸ δισσῶν καὶ ἀριθμὸν ἐμφαίνειν, ὡς δύο αὐτῆς ὀνείρους θεασαμένης, καὶ τὸ μὲν ἓν φάσμα ἡγησαμένης εἶναι, ὑπὲρ οὗ καὶ πέπομφεν ἀποτροπιασθησομένην τὴν Χρυσόθεμιν· τάχα δὲ καὶ ἕτερον αὐτὴν κεκίνηκεν, ὑπὲρ οὗ καὶ εὔχεται τῷ Ἀπόλλωνι, ὅπερ οὐδὲ ἐξεῖπε πρός τινα, οὐδὲ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα. ἢ δισσῶν, τῶν ἀμφιβόλων καὶ δισσοποιῶν· ἔλυσε δὲ αὐτὸ εἰποῦσα· εἰ μὲν πέφυκεν — μέθες.* Hermannus etiam *δισσῶν ὀνείρων* de ambiguitate somnii intelligendum putat coll. Ruhnkenio ad Timaeum p. 86., qui vocabulum *διπλοῦς* similiter usurpatum illustravit. Contra Fr. Iacobsius, Dubito, inquit, de huius interpretationis veritate. Non dubitarem, si legeretur *διπλῶν ὀνείρων.* Sed *δισσὸς* aliud est. Nonne igitur Clytaemnestra significare voluit binas somnii, quod viderat, partes? quarum prior Agamemnonis reditum habebat, altera sceptri virirescentis imaginem.

Ibid. *Λύκει' ἄναξ*] Ut deum averruncum hoc nomine invocari Apollinem constat. Vide ad O. R. 198 ed. meae.

εἰ δ' ἐχθρά, τοῖς ἐχθροῖσιν ἔμπαλιν μέθες.
καὶ μή με πλούτου τοῦ παρόντος εἴ τινες
δόλοισι βουλεύουσιν ἐκβαλεῖν, ἐφῇς.
ἀλλ' ὧδέ μ' ἀεὶ ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ
δόμους Ἀτρειδῶν σκῆπτρά τ' ἀμφέπειν τάδε,
φίλοισί τε ξυνοῦσαν, οἷς ξύνειμι νῦν,
εὐημεροῦσαν καὶ τέκνων ὅσων ἐμοὶ
δύσνοια μὴ πρόσεστιν ἢ λύπη πικρά.
ταῦτ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἵλεως κλύων,
δὸς πᾶσιν ἡμῖν, ὥσπερ ἐξαιτούμεθα·
τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ σιωπώσης ἐμοῦ,
ἐπαξιῶ σε δαίμον' ὄντ' ἐξειδέναι.
τοὺς ἐκ Διὸς γὰρ εἰκός ἐστι πάνθ' ὁρᾶν.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ξέναι γυναῖκες, πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς,
εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε;

ΧΟΡΟΣ.

τάδ' ἐστίν, ὦ ξέν'. αὐτὸς ᾔκασας καλῶς.

V. 649. Atticum ᾔκασας primus restituit Brunckius. Libri εἴκασας.

V. 637. ἀλλ' ὧδέ μ' etc.] De supplendo imperativo vide ad v. 72., de locutione ζῆν βίῳ ad O. R. 65 ed. meae. Eodem modo dictum Trach. 168 ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

V. 638. δόμους — τάδε] Verbum ἀμφέπειν, idem fere significans atque ἔχειν, referendum non minus ad nomen δόμους quam ad σκῆπτρα est, coll. Ant. 1118. et Dissen. Explic. Pind. p. 418. Sceptra autem Atridarum ut teneat in posterum quum optat Clytaemnestra, facile intelligitur id precari, ut regina sit perpetua.

V. 639. Schol.: φίλοισί τε ξυνοῦσαν· τὸ ὅλον ὑπὲρ τοῦ Αἰγίσθου εὔχεται· διὰ δὲ τοῦ πληθυντικοῦ, τοῦ φίλοισι, τὸ τολμηρὸν τοῦ λόγου ἐπεκάλυψεν.

V. 640. Schol.: εὐημεροῦσαν· ἑκάστην ἡμέραν εὖ διάγουσαν. Particula καὶ respondet τὲ particulae, antecedente versu positae. Cohaerent verba hoc modo: εὐημεροῦσαν ξυνοῦσαν φίλοις τε, οἷς ξύνειμι νῦν, καὶ τέκνοις, ὅσων etc. Per attractionem enim τέκνων positum pro τέκνοις.

V. 644. Schol.: τὰ δ' ἄλλα πάντα· τὰ περὶ τῆς τελευτῆς Ὀρέστου ἔοικεν εὔχεσθαι. ζητοῦσι δὲ, διὰ τί ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἐμφαίνει περὶ τοῦ Ὀρέστου, ὕστερον δέ, τοῦ ἀγγέλου ἐλθόντος, φαίνεται ἐφηδομένη· ῥητέον οὖν, ὅτι νῦν μὲν προσδοκῶσα αὐτὸν

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζων κυρῶ
κείνου; πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰςορᾶν.

ΧΟΡΟΣ.

μάλιστα πάντων. ἥδε σοι κείνη πάρα.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

ὦ χαῖρ' ἄνασσα. σοὶ φέρων ἥκω λόγους
ἡδεῖς φίλου παρ' ἀνδρὸς Αἰγίσθῳ θ' ὁμοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐδεξάμην τὸ ῥηθέν· εἰδέναι δέ σου
πρώτιστα χρήζω, τίς σ' ἀπέστειλεν βροτῶν.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Φανοτεὺς ὁ Φωκεύς, πρᾶγμα πορσύνων μέγα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τὸ ποῖον, ὦ ξέν'; εἰπέ. παρὰ φίλου γὰρ ὢν
ἀνδρός, σάφ' οἶδα, προςφιλεῖς λέξεις λόγους.

ἥξοντα ζῶντα, τότε δὲ, ὡς κατὰ ἀποθανόντος παῤῥησιάζεται, ἄφοβος γενομένη.

V. 647 sqq. Scholiastes: ὁ παιδαγωγὸς ἥκει πλασάμενος τὰ περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ὀρέστου. τὸ δὲ ἦθος αὐτοῦ μέσον ἐστὶν, οὔτε ἀποικτιζομένου παντάπασιν, οὔτε ἡδομένου, ἀλλ' ὡς ξένου. εὐκαίρως δὲ ἥκει, ἔξω οὐσῶν ἀμφοτέρων· πρῶτον ἵνα μὴ δισσολογοίη, πρὸς ἀμφοτέρας ἀπαγγέλλων· δεύτερον πρὸς τὸ δηλωθῆναι τὴν γνώμην ἀμφοτέρων· πιθανῶς δὲ ἐρωτᾷ ὡς ἀγνοῶν. De πῶς ἂν particulis vide ad Philoct. 777 ed. meae.

V. 650. *ἦ καὶ — κείνου*] Etiamne uxorem hanc recte coniicio illius esse? De ἐπεικάζων κυρῶ vide quae ad Philoct. 220. sq. ed. meae adnotata sunt.

V. 651. *πρέπει*] Conspicua sive insignis est. Verbi πρέπειν ita usurpati exempla plura ad hunc locum attulit Brunckius. Adde Blomf. gloss. ad Aesch. Pers. 244. et Monk. ad Eur. Alc. 528. De infinitivo εἰςορᾶν vide Matth. §. 535.

V. 655. *ἐδεξάμην τὸ ῥηθέν*] Accipio omen. Omen est, quod paedagogus iucunda se nuntiaturum dixit. De aoristo vide Herm. ad Vig. p. 746. Matth. §. 506. et Rost. §. 116. 8. not. 4.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

τέθνηκ' Ὀρέστης. ἐν βραχεῖ ξυνθεὶς λέγω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴ 'γὼ τάλαιν', ὄλωλα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί φῄς, τί φῄς, ὦ ξεῖνε; μὴ ταύτης κλύε.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

θανόντ' Ὀρέστην νῦν τε καὶ πάλαι λέγω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀπωλόμην δύστηνος, οὐδέν εἰμ' ἔτι.

V. 663. *πάλαι λέγω* restitui ex La. Lc. Γ. Δ. et libris Triclin. Vulgo *τότ' ἐννέπω.*

V. 668. Porsonus Adv. p. 210. pro *κλεινὸν* profert *κοινὸν* ex quattuor codd. et Thoma Mag. v. *πρόσχημα.*

V. 662. Schol.: *τί φῄς, τί φῄς· οἱ ἡδέος ἀκούοντες λόγου, κἂν πάνυ σαφῶς ἀκούσωσι, δὶς καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ ἀκούειν βούλονται.* Immo qui sibi persuadere vix possunt aut nolunt vera esse, quae quis nuntiet, sive iucunda sive tristia, iterum iterumque ea sibi nuntiari volunt. Hic quidem gavisa nuntio Clytaemnestra ita quaerit. Sic O. R. 943. 957. Sed in re tristissima ita quaerit Creon Antig. 1265 sqq. ed. meae. Adde O. C. 1583. Philoct. 333. 414. 1287.

Ibidem. Schol.: *μὴ ταύτης κλύε· οἷον μὴ διὰ ταύτην φυλάξῃ εἰπεῖν τὰ ἑξῆς.*

V. 663. *νῦν τε καὶ πάλαι λέγω*] Vide Ant. 181. *κάκιστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ.* huius fab. 907. — De *πάλαι* particula ad O. R. 1443 ed. meae monitum est.

V. 666. Schol.: *τῷ τρόπῳ διόλλυται· ἴδιον καὶ τοῦτο τῶν ἡδομένων· μαθόντες γὰρ τὸ πᾶν, καὶ τὸ κατὰ μέρος ἡδόμενοι πυνθάνονται· ἔπειτα ὁ ποιητὴς βούλεται εὐδοκιμεῖν περὶ ἀγῶνος λέγων Ἑλληνικοῦ.* Immo ut nullus dubitandi locus relinqueretur, quin perisset Orestes, qua ratione perierit, Clytaemnestra pluribus exponi sibi postulat.

V. 667. *κἀπεμπόμην — καὶ φράσω*] De *καὶ — καὶ* particularum usu vide Matth. §. 620. 2.

V. 668 sq. *Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος*] Recte Hermannus Brunckium errare monet, qui *Ἑλλάδος* adiectivum esse existimavit. Immo *πρόσχημα* cum duplici genitivo iunctum (vide ad Ai. 54.), ita ut *ἀγῶνος* genitivus sit explicativus, id, in quo splendor sive decus (*πρόσχημα*) illud cernatur, significans. Addit Her-

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

σὺ μὲν τὰ σαυτῆς πρᾶσσ᾽· ἐμοὶ δὲ σύ, ξένε,
τἀληθὲς εἰπὲ, τῷ τρόπῳ διόλλυται;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

κἀπεμπόμην πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πᾶν φράσω.
κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
πρόσχημ᾽ ἀγῶνος Δελφικῶν ἄθλων χάριν,
ὅτ᾽ ᾔσθετ᾽ ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
δρόμον προκηρύξαντος, οὗ πρώτη κρίσις,
εἰςῆλθε λαμπρός, πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας·
δρόμου δ᾽ ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα,
νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

V. 671. Hermannus ex paucis codd. δρόμου scripsit, intelligens κρίσιν.

V. 673. Ex Musgravii coniectura Brunckius et Hermannus τῇ ᾽φέσει sive τῇ ἀφέσει scripserunt. In qua scriptura equidem nego aptum sensum inesse. Verissima scriptura vulgata est.

mannus: ἄθλων χάριν dicit, quia non spectatum, sed certatum venerat Orestes.

V. 669. Δελφικῶν ἄθλων] Scholiastes: οὔπω ἦν ἐπὶ Ὀρέστου ὁ Πυθικὸς ἀγών. Vide ad v. 47.

V. 670. ὀρθίων κηρυγμάτων] Sic Eurip. Iph. A. 93 ὀρθίῳ κηρύγματι Ταλθύβιον εἶπον πάντ᾽ ἀφιέναι στρατόν.

V. 671. οὗ πρώτη κρίσις] Nondum notatam a lexicographis reperi significationem substantivi κρίσις, qua et hic et Trach. 266 τῶν ὧν τέκνων λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν usurpatum est. Utroque enim loco certamen significat. Nec mirum ita dictum esse substantivum illud, quum κρίνεσθαι contendendi sive certandi potestatem habuisse notum sit. Cfr. Passov. Lex. Gr. v. κρίνειν 3. b. — Fr. Iacobsius malit, ut ipse olim accepi, sic interpretari: de quo primo loco iudicari solet. — Deinde recte Hermannus: cursum fuisse primum certaminum, recte adnotavit Triclinius. Sic etiam in Olympiis, et quidem stadii decursio. Olympica autem instituta pleraque recepta esse in Pythiis ex Pausania X, 7, 3, constat.

V. 673. δρόμου — τὰ τέρματα] Neuius: „τῇ φύσει, inquit, pro ablativo Latinorum est, ἰσοῦν aequare, attingere. Virg. Aen. III, 671. nec potis Ionios fluctus aequare sequendo. Sallust. Cat. 3. facta dictis sunt exaequanda; ubi alia adscripsit Cortius.“ At exempla illa ex Latinis scriptoribus deprompta et inter se diversissima sunt neque ullo modo idonea, quibus usum adhuc inauditum verbi Graeci ἰσοῦν ad-

χὤπως μὲν ἐν πολλοῖσι παῦρά σοι λέγω,
οὐκ οἶδα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἔργα καὶ κράτη.
ἓν δ' ἴσθ'· ὅσων γὰρ εἰςεκήρυξαν βραβῆς
δρόμων διαύλων πεντάεθλ', ἃ νομίζεται,
τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
ὠλβίζετ', Ἀργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος,
ὄνομα δ' Ὀρέστης, τοῦ τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε.
καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦθ'· ὅταν δέ τις θεῶν

V. 676. Brunckius ex paucis codd. τοιάδ' recepit.

V. 677. Quod Brunckius primus restituit et hic et v. 696. βραβῆς, utroque loco habet La.. ει supra notato. Vulgo βραβεῖς.

V. 678. Intactam reliqui codicum scripturam, quamvis manifesto vitiosam. Neque enim quae alii adhuc coniecerunt probari ullo modo possunt, neque mihi in mentem venit quod substruas. Neque enim quisquam ignorat longe alium Latini verbi aequare et exaequare quam Graeci ἰσοῦν usum fuisse. Quanquam ne Latinus quidem homo unquam dixerit: cursus terminos natura sua aequare, id ut significaret, quod Neuius vult, ad cursus sive stadii terminos natura sua pervenire. Accedit, quod ineptum foret additamentum ablativi natura sua. Immo hoc equidem certissimum puto, dativum τῇ φύσει dativi significatum habere aptumque e verbo ἰσώσας esse. Ex quo illud continuo sequitur, sensum totius loci hunc esse debere: quum cursus convenienter egregiae staturae suae peregisset, i. e. quum in peragendis cursibus tanta eius fuisset velocitas, quanta staturae eius fuit praestantia. Atque sic haec item interpretatus est unus ex Scholiastis, qui adnotavit: τῇ φύσει ἴσα τὰ τέρματα τοῦ δρόμου ἐποιήσατο. Eodem modo explicavit Scholiastes apud Iohnsonum: τὰ τέρματα τοῦ δρόμου ἰσώσας τῇ φύσει, ἤγουν ἁρμοδίως τῇ ἑαυτοῦ φύσει δραμών. Contra quem Matthiaeus: „At nonne hoc, inquit, quivis facit, ut cursum ita peragat, prout eius natura, vires, aurigandi scientia ferunt? Itaque hoc non proprium est Orestis et inane additamentum." Recte hoc obiectum esset, si non praecederent verba haec, εἰςῆλθε λαμπρός, πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας. Ex quibus quum appareat nomine τῇ φύσει admirabilem eius staturae praestantiam significari, in promptu est videre egregie cursus peregisse Orestem dici, quum accommodate staturae suae peregisse dicatur. Nomen autem φύσις eodem significatu positum quum alibi, tum O. R. 740 τὸν δὲ Λάϊον φύσιν τίν' εἶχε, φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων; quae interroganti Oedipo respondet Iocaste: μέγας, χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα, μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.

V. 675. ἐν πολλοῖσι] In-

βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν.
κεῖνος γὰρ ἄλλης ἡμέρας, ὅθ' ἱππικῶν
ἦν, ἡλίου τέλλοντος, ὠκύπους ἀγών,
εἰςῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα.
εἷς ἦν Ἀχαιός, εἷς ἀπὸ Σπάρτης, δύο
Λίβυες ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται·
κἀκεῖνος ἐν τούτοισι, Θεσσαλὰς ἔχων
ἵππους, ὁ πέμπτος· ἕκτος ἐξ Αἰτωλίας
ξανθαῖσι πώλοις· ἕβδομος Μάγνης ἀνήρ·
ὁ δ' ὄγδοος λεύκιππος, Αἰνιὰν γένος·

psisse Sophoclem crediderim. Porsonus coniecit Miscell. p. 221. δρόμων διαύλων ἆθλ' ἅπερ νομίζεται. Hermannus in censura Pindar. a Dissen. edit. p. 51. (in Iahnii Annal. paedag. Vol. I. fasc. 1. ann. 1831.) scribi potuisse suspicatur δρόμων, διαύλων, πέντε θ' ὧν νομίζεται ἄθλων. Adiicit tamen fortasse totum versum spurium esse; quae mea quoque olim opinio fuit.

ter multa, quae dici possint, quod idem profecto significat atque id, quod Musgravius posuit, ex multis, quae dici possint. Boissonadius comparat Pindar. Pyth. IX, 134 βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν ἀκοὰ σοφοῖς.

V. 683 sq. Schol.: ὅταν δέ τις θεῶν· ὅμοιον αὐτῷ τὸ Πινδαρικὸν (Pyth. II, 50.)· θεὸς ὃ καὶ πτερόεντ' αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖον παραμείβεται δελφῖνα. Vide quae ad O. C. 248 ed. meae adnotata sunt.

V. 685 sq. ἱππικῶν — ὠκύπους ἀγών] Nomen ἱππικῶν generis neutrius esse iam Schaeferus admonuit. Videtur autem ἱππικῶν ἀγὼν dici certamen curruum sive curule; coll. quae ad Ai. 1003 ed. meae adnotata sunt. De locutione ὠκύπους ἀγὼν vide ad Ai. 909 ed. meae.

V. 686. τέλλοντος] i. e. ἀνατέλλοντος. Vide quae ad Ai. v. 745 ed. meae adnotata sunt.

V. 688 sqq. εἷς ἦν Ἀχαιὸς etc.] Scholiastes: φιλοτίμως διὰ πιθανότητα ταῦτα ἐπεξεργάζεται.

V. 689. Λίβυες] Notum est etiam exteras nationes ad sollemnes Graecorum ludos convenisse; vide Bos. Antiquit. Gr. I, 22, 17. BOTH. Ex qua civitate Libyae fuerint, monet poeta infra v. 714.

V. 690. Schol.: κἀκεῖνος· ὁ Ὀρέστης.

Ibid. Θεσσαλὰς — ἵππους] Equi Thessali propter velocitatem et alacritatem omnium nobilissimi apud veteres habebantur. Cfr. Varro de R. R. II, 7. Lucan. VI, 396. De genere feminino vide v. 705, 734. 737; contra masculinum positum 721. 722. 744.

V. 693. λεύκιππος] In codd. Lips. lineola notatum ut nomen proprium. Sed recte monuit Eustathius p. 524, 31. (397, 14.) epitheton esse. In eadem sententia Scholiastes est, qui haec adnotavit: ἐμοὶ δοκεῖ ὄνομα εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἄτοπον

ἔνατος Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων ἄπο·
Βοιωτὸς ἄλλος, δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον.
στάντες δ', ὅθ' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβῆς
κλήρους ἔπηλαν καὶ κατέστησαν δίφρους,
χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ἦξαν· οἱ δ' ἅμα
ἵπποις ὁμοκλήσαντες, ἡνίας χεροῖν
ἔσεισαν· ἐν δὲ πᾶς ἐμεστώθη δρόμος

V. 697. κλήρους ego ex coniectura mea scripsi. Vulgo κλήροις legebatur. At κλήροις πάλλειν qui dici potuerit, non possum equidem intelligere. Simillime autem supra v. 543 ed. meae librarii accusativum λόγους, quod non intelligerent, in dativum mutarunt.

ἐπίθετον εἶναι· ὄνομα γὰρ κύριον οὐ προτέθεικεν πρὸς τὸ τοῦ πράγματος ἀνεξέλεγκτον· ὅλη γὰρ ἡ διήγησις τοῦ ἀγῶνος πέπλασται.

Ibid. *Αἰνιάν*] Scholiastes: οἱ Αἰνειᾶνες τῶν Θεσπρωτῶν ἢ Θρᾳκῶν. Ὅμηρος (Il. β, 749.)· τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί. Cfr. Valcken. ad Herod. VII, 132.

V. 694. *Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων*] Scholiastes: προσχαρίζεται Ἀθηναίοις, ἐν Ἀθηναίοις λέγων. Cfr. v. 731. Ai. 202.

V. 695. *δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον*] Praegnanter locutus est, hoc significans: decimum currum tenens, sic ut expleret decem currus, i. e. numerum decem curruum suo curru implens. Addit Hermannus: Notabilis hic locus est propter numerum curruum, qui una commissione decertarunt.

V. 696 sq. *ὅθ' αὐτοὺς — δίφρους*] Verba ὅθ' αὐτοὺς minime, quod vulgo crediderunt editores, e verbis κλήρους ἔπηλαν, sed e verbo κατέστησαν apta sunt, ita ut κλήρους ἔπηλαν καὶ idem sit atque κλήρους πήλαντες. Vide quae ad Ant. 535. et 1258 sq. ed. meae adnotata sunt. Similiter dixit Eurip. Hec. 102 τὰς δεσποσύνους σκηνὰς προλιποῦσ', ἵν' ἐκληρώθην καὶ προσετάχθην δούλη, i. e. ἵνα κληρωθεῖσα προσετάχθην. In coniunctis autem nominibus αὐτοὺς et δίφρους nemo haerebit, qui vel Ai. 1035 sq. ed. meae meminerit: ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔτις ἔστ' ἀνὴρ σθένων τοσοῦτον, ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ. Ceterum haec de certamine curruli narratio comparanda cum Iliad. Ψ, 356 sqq., unde plurima hausit Virg. Ge. III, 103 sqq.

V. 700. *ἐν δὲ πᾶς ἐμεστώθη*] Ἐν adverbialiter a Sophocle positum sequente δὲ particula his locis reperitur, Ai. 675. O. R. 182. Ant. 420. O. C. 55. Trach. 207. Excepi enim O. R. 27. et Ant. 1274., ubi ἐν cum verbo iungendum est. In ceteris locis aut simul aut inter haec sive etiam significare videtur. Ita certum est de tempore dictum esse, significans simul sive eodem tempore et hic et Ant. 420., qui locus huic simillimus est, et Trach. 207. Contra simul cum significat O. C. 55.

V. 701. *κροτητῶν*] Quo sensu positum sit, apparet ex

κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων· κόνις δ' ἄνω
φορεῖθ' · ὁμοῦ δὲ πάντες ἀναμεμιγμένοι
φείδοντο κέντρων οὐδὲν, ὡς ὑπερβάλοι
χνόας τις αὐτῶν καὶ φρυάγμαθ' ἱππικά.
ὁμοῦ γὰρ ἀμφὶ νῶτα καὶ τροχῶν βάσεις
ἤφριζον, εἰςέβαλλον ἱππικαὶ πνοαί.
κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων

V. 700. Hermannus ex pluribus codd. ἐκ δὲ scripsit, id ut per tmesin dictum esset pro ἐξεμεστώθη δὲ etc. Atqui non exstat exemplum verbi ἐκμεστοῦν usurpati.

V. 702. Cum Brunckio Hermannus 'φορεῖθ'' et v. 703 'φείδοντο scripsit.

locutione Homerica ὄχεα κροτεῖν, veluti Il. ο, 453 ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι, κεῖν' ὄχεα κροτέοντες.

V. 702. φορεῖθ'] De omisso augmento vide ad O. C. 1588 ed. meae.

V. 703 sq. Schol.: ὡς ὑπερβάλοι χνόας τις αὐτῶν· οἷον πρῶτοι τοῦ δρόμου γενέσθαι· χνόας δὲ τὰς τοῦ ἄξονος σύριγγας, ἀπὸ δὲ μέρους τὸ ὅλον ἅρμα. σῦριγξ δέ ἐστι τὸ εἰς τὴν ὀπὴν τοῦ τροχοῦ ἐμβαλλόμενον μέρος τοῦ ἄξονος· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ὀπὴ τοῦ τροχοῦ οὕτως καλεῖται. ὑπερβάλοι· ὑπεκδράμοι. φρυάγματα· φυσήματα, πνεύματα. Manifestum est non solum Musgravium, qui ἄλλων pro αὐτῶν scribendum putarit, sed etiam Brunckium, qui haec sic verterit: ut alter alterius rotas frementesque equos praeverteret, genitivum αὐτῶν ex substantivo χνόας aptum esse iudicasse. At verborum ita iunctorum non video qui sensus esse possit. Immo non dubium videtur, quin genitivus αὐτῶν pendeat a τὶς pronomine, sensusque hic sit: ut aliquis eorum currus frementesque equos praeverteret. Recte autem hoc dictum esse, neque, quod quis exspectaverit, πᾶς τις vel ἕκαστος pro αὐτῶν τις poni apte potuisse, ex eo intelligitur, quod non omnes se poterant, sed tantum aliquis eorum ceteros superare.

V. 705 sq. ὁμοῦ — ἱππικαὶ πνοαί] Non male, quamvis paullo liberius, vertit Brunckius: namque conferti equi alii aliorum aurigarum in terga rotarumque orbitas spumam fervidosque fundebant flatus. Similiter Virg. Ge. III, 111 humescunt spumis flatuque sequentum. Ceterum etsi asyndetum, quo hic usus poeta videtur, idem reperitur nunc Ai. v. 60., tamen neque hic neque illic a Sophocle id admissum credo. Vide ad Ai. l. l.

V. 707 sqq. κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν etc.] Ἐσχάτη στήλη de pluribus, quae in hippodromo sunt, columnis extrema est, eademque est etiam meta, circa quam flectunt equos. Ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων dicitur, qui paene perrexit illuc, et ibi equos agit. Ἔχειν enim satis usitatum de cursu, quem auriga tenet [vide ad Ant. 138 ed. meae]. Ad eam columnam χρίπτειν ἀεὶ σύριγγα dicitur qui, quoties illuc venit, tam brevi

ἔχριπτ' ἀεὶ σύριγγα, δεξιὸν δ' ἀνεὶς
σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον.
καὶ πρὶν μὲν ὀρθοὶ πάντες ἕστασαν δίφροι,

V. 708. Vulgo ἔχριμπτ': illud La., μ suprascripto, Γ. et Δ. Harleianus et Bar. 2. ἔγχριπ'. Vide v. 881 ed. meae, et Blomf.

gyro flectit, ut axis paene contingat columnam. Id enim praecipue curabant, ut iam Homerus docuit Il. ψ, 334 sqq. Nam quo brevior gyrus, eo certior et tutior aurigatio; quo autem sinuosior, eo vehementius in transversum avertitur currus. Quoniam autem sinistrorsum gyros illos equestres fieri mos erat, dextris equis remittenda frena erant, iidemque acrius instigabantur, quum sinistri interea cohiberentur. Itaque his versibus nihil aliud nisi peritia describitur, qua equos rexerit Orestes. Vide dissertationem nostram de verbis, quibus Graeci incessum equorum indicant, in Beckii Comment. Soc. philol. Vol. I. part. I. p. 49 et *Bulengerum* de Circo Rom. C. 29. in Graevii Thes. ant. Rom. T. IX. HERM. In his nihil nisi interpretationem pronominis αὐτήν improbo. Nam ὑπ' αὐτὴν στήλην est potius sub ipsam *metam*, nobis *unmittelbar um die Säule*, ita ut semper proximus a meta fuisse et intimum gyrum obtinuisse Orestes dicatur. Ceterum κεῖνος de Oreste dictum, ut supra v. 685. et 690 ed. meae. Schol.: στήλην· τὸν λίθον τὸν καμπτῆρα.

V. 708 sq. Schol.: σειραῖον ἵππον· τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιόν· προσκείμενον δὲ, τῷ καμπτῆρι, ἀριστερόν. Quod nihil in tota hac narratione esset, quod non posset de bigis intelligi, hic autem etiam apertius duo tantum equi indicari viderentur, Hermanno σειραῖος ἵππος visus est dici dexter iugalis, qui a maiore robore, quod in dextris equis requiri soleret, ita dictus esset. At non potuit Sophocles Orestem dicere bigis certasse, quum eo tempore, quo scripta haec fabula est, ut ipse monuit Hermannus, nonnisi quadrigarum certamen et in his ludis et in Olympiis usitatum fuerit. In Olympiis enim bigae demum Olympiade XCIII. sunt introductae teste Pausania V, 8, 3.; in Pythiis autem, eodem teste X, 7, 3., Pythiade XLVIII., quae incidit in Olympiadem XCV. Atqui mortuus Sophocles iam Olymp. XCIII, 3. est. Deinde vero prorsus incredibile est Sophoclem equum iugalem potuisse dicere σειραῖον, *funalem*. Itaque non dubium est, quin δεξιὸς σειραῖος ἵππος intelligendus sit *equus dexter funalis*, προσκείμενος autem *equus sinister funalis*. Recteque id ipsum monitum iam a Constantino Matthiaeo est. Equorum autem iugalium mentio ut praeterea fieret, minime opus erat.

V. 711. Schol.: ἄστομοι· σκληρόστομοι. Significantur qui frenis non parent, quod faciunt qui aurigam auferunt.

V. 712. βίᾳ φέρουσιν] Βίᾳ φέρειν vel uno verbo ἐκφέρειν dicitur equus, qui frenis non parens effuso cursu rectorem aufert, quod nos *durchgehen* vocamus. — Eadem verba βίᾳ φέρουσιν in eadem re posuit Euripides Hippol. 1224. HERM.

ἔπειτα δ' Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι
πῶλοι βίᾳ φέρουσιν, ἐκ δ' ὑποστροφῆς,
τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη δρόμον,

ad Aesch. Prom. v. 738. et Matth. ad Eur. Phoen. 99. et Hippol. 217.

V. 712 sqq. *ἐκ δ' ὑποστροφῆς — ὄχοις*] Non uno modo explicarunt haec interpretes, quorum nullus est, cuius sententiae prorsus accedendum putem. Nec tamen vacat, cur falsa existimem quae adhuc adnotata ad hunc locum sunt, exponere, sed satis habeo, quid mihi videatur, brevi declarare. Sensum hunc esse iudico: et in contrariam partem aversi, dum sextum septimumve cursum conficiunt, adversas frontes impingunt in Barcaeas quadrigas. Res haec videtur narrari: equi Aenianis postquam effreni aurigam abripuerunt, eo tempore, quo ceteri equos ad metam flectebant, septimum cursum conficientes, ipsi, qui interiores erant, non sinistrorsum, ut fieri debebat, quum ad metam essent, gyrum faciunt, sed, quum proni et praecipites ferrentur, et id, quo cursum effusum impediri videbant, evitare vellent, ceteris, ut dixi, sinistrorsum ad metam equos flectentibus, in contrariam, i. e. dextram partem declinarunt et ex adverso in currum hominis Barcaei, equos sinistrorsum flectentis, veluti caeci et praecipites incurrerunt. Sponte autem intelligitur equos hominis Barcaei exteriores fuisse. Non minus certum puto recte me et explicasse ἐξ ὑποστροφῆς et coniunxisse cum verbis μέτωπα συμπαίουσι etc. Male enim nonnulli editores ad verba τελοῦντες ἕκτον etc. retulerunt. De ἐκ praepositionis usu vide quae ad Philoct. 60. adnotavi. Tum masculinum τελοῦντες posuit poeta sic, ut nomen ἵπποι, non πῶλοι in mente haberet. Denique verba ἕκτον ἕβδομόν τε recte iam Musgravius explicavit sextum septimumve. Neuius adscripsit Tacit. Agr. 12 rarus duabus tribusque civitatibus conventus, ubi conferatur Walchius. Graecum autem τὲ similiter atque Latinorum que in istiusmodi, qualis haec est, locutionibus usurpatum esse, quanquam aliis exemplis nunc quidem confirmare nequeo, tamen ex hoc loco manifesto videtur apparere, in quo quum eo temporis momento equi Aenianis irruisse in quadrigas Barcaeas dicantur, quo factum sit id, quod versu 713. narratur (ut patet ex participio praesentis τελοῦντες, quod ad verbum finitum συμπαίουσι referendum est), neque ullo pacto fieri potuerit, ut bis equi illi in cursum Barcaeum frontes impingerent, profecto certissimum videtur ἕκτον ἕβδομόν τ' ἤδη eo quo monui sensu dictum esse. Postremo haec vere ad hunc locum scripsit Hermannus: sextus et septimus cursus non ita commemorantur, ut septimus, ut apud Romanos, ultimus esse putandus sit, quae videtur unius e Scholiastis opinio fuisse. Duodecim enim cursus apud Graecos peragebantur, adultis quidem equis; de quo numero hic quoque cogitasse Sophoclem comparatio huius loci cum v. 741. (728 ed. meae) docet; nondum adultis autem, πώλοις, octo, ut ait Scholiastes

μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ὄχοις.
κἀντεῦθεν ἄλλος ἄλλον ἐξ ἑνὸς κακοῦ
ἔθραυε, κἀνέπιπτε, πᾶν δ' ἐπίμπλατο
ναυαγίων Κρισαῖον ἱππικῶν πέδον.
γνοὺς δ' οὐξ Ἀθηνῶν δεινὸς ἡνιοστρόφος
ἔξω παρασπᾷ κἀνακωχεύει, παρεὶς
κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον.
Ex quo coniicere licet Aeschylum famam illam secutum esse, ex qua plurima pars corporis Aiacis invulnerabilis esse putabatur. Eandem respicere videtur Plato Symp. p. 219. E. *εὖ γὰρ ᾔδη, ὅτι χρήμασί τε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας, ᾧ τε ᾤμην αὐτὸν μόνῳ ἁλώσεσθαι, διεπεφεύγει με.*

Contra neque Homerus neque Pindarus neque Sophocles quicquam de invulnerabili parte quadam corporis Aiacis monuerunt. Apud Sophoclem Aiax ipse narrat diropturum se latera sua esse irruentem in gladium v. 833 sq. Cfr. etiam v. 899. et 908. Eodem modo necem sibi intulisse Aiax a Pindaro dictus erat Nem. VII, 38 sq. *ὁ κάρτερος Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος.* Isthm. III, 58 sqq. *ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ.* Adde Nem. VIII, 38 sqq.

Videtur autem fama illa, quam secutum esse Aeschylum vidimus, inde orta esse, quod primum Aiax nunquam vulneratus dicebatur ab Homero, deinde quod Hercules in magnis Eois narratus erat petisse a Iove, ut non minus quam pellis leonis Nemeaei, quam gestabat, Aiacis corpus aliquando invulnerabile esset. Eae preces quum exauditae a Iove esse crederentur, fieri facile potuit, ut, quam partem corporis Herculis texerat pellis illa leonina, preces illas facientis, eadem pars corporis Aiacis invulnerabilis fuisse putaretur.

Ex Homeri Il. ψ, 821 *αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε φαεινοῦ δουρὸς ἀκωκῇ*, ut hoc addam, colligit Eustathius p. 1331, 31. *ὅτι καθ' Ὅμηρον οὐ τὴν πλευρὰν μόνην τρωτὸς ὁ Αἴας, ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον εἶπον, εἴπερ Διομήδης καταθαῤῥεῖ τοῦ αὐχένος.*

6) Narrat rem Sophocles v. 434 — 436. et 1299 — 1303. Adde Apollodorum II, 6, 4. et III, 12, 7 extr. Diodorum IV, 32. et Schol. Hom. Il. ϑ, 284. Primus irrupisse in moenia Troiae narratur Telamon ab Apollodoro et Diodoro, quorum posterior haec tradit: *ὁ δ' Ἡρακλῆς ἐστεφάνωσε Τελαμῶνα ἀριστείοις, δοὺς αὐτῷ τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα Ἡσιόνην. οὗτος γὰρ κατὰ τὴν πολιορκίαν πρῶτος βιασάμενος εἰσέπεσεν εἰς τὴν πόλιν, Ἡρακλέους προσβαλόντος κατὰ τὸ καρτερώτατον μέρος τοῦ τείχεος τῆς ἀκροπόλεως.*

dem deorum adiuti ope etiam infirmissimus quisque parere sibi posset, eam sese vel sine dis consecuturum esse affirmaret, insolentia ista quum ceterorum deorum iram sibi concitavit, tum imprimis Minervae, quam eandem in ipso bello Troiano vehementer offendit, quum repudiato, quod ipsi in proelio quodam obtulit, auxilio ceteris eam Achivis opitulari iussit [7]).

Nihilominus per totum bellum Troianum tanta

---

6) Respicit hoc sacramentum Sophocles, v. 1113., ad quem locum Scholiastes: *ἀλλ' οὕνεχ' ὅρκων· τῶν γὰρ ἀριστέων συνελθόντων ἐπὶ τὴν τῆς Ἑλένης μνηστείαν, ὁ Τυνδάρεως πάντας ὅρκους ἀπῄτησεν συναγωνίσεσθαι τῷ γαμοῦντι αὐτὴν καὶ συστρατεύσειν, εἴ τις ἁρπαγὴ γένοιτο περὶ τὴν Ἑλένην, τῷ γήμαντι.* Vide etiam Philoct. 72. ibique Scholiastam. Pluribus rem exposuit Euripides Iph. A. 49 sqq. Adde Apollodorum III, 10, 8. 9.

Idem ille Euripides Iph. A. 289 sqq. consentit cum Homero Il. β, 557. duodecim naves Aiacem adversus Troiam duxisse.

7) Narrat haec solus Sophocles v. 756 — 777. coll. v. 127 — 130, nisi quod similia prodidit Scholiastes ad v. 127.: *φασὶ τὸν Αἴαντα τρίτον ἠσεβηκέναι περὶ τοὺς θεούς· πρῶτον μὲν ἐκβαλεῖν τοῦ δίφρου τὴν Ἀθηνᾶν, βουλομένην αὐτῷ συμμαχεῖν· δεύτερον ἀπαλεῖψαι τὴν γλαῦκα τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὅπλῳ αὐτοῦ ἐξ ἔθους πατρῴου· τρίτον, ὅτι οὐκ ἐπείσθη τῷ πατρὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι τοῖς θεοῖς.*

Ab Sophocle narrata quae rettuli, ea minime pugnare iudicanda sunt cum iis, quae idem in prologo fabulae Minervam finito, quod cum Aiace habuit, colloquio ad Ulixem dicere facit v. 118 sqq.:

ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχύν, ὅση;
τούτου τίς ἂν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος,
ἢ δρᾷν ἀμείνων εὑρέθη τὰ καίρια;

Hic enim duae illae summae imperatorum virtutes tribuuntur Aiaci, consilium et fortitudo, quibus optimo iure instructus etiam is dici potest, qui neglectae adversus deos pietatis arguitur. Vide quae not. 8. notabimus.

Addo hic unum illud impietatis crimen intendi Aiaci v. 763. vocabulo *ἄνους*. Quod quanquam per se non significat impium, sed dementem vel amentem, tamen is quoque optimo iure et dictus est a Graecis *ἄνους* et dici potuit, qui prae nimia virium suarum fiducia impius adversus deos erat. Itaque facile apparet v. 758. legendum esse *ἀνόητα*, id ut idem significet atque v. 763. *ἄνους*. Ineptum enim est quod vulgo scribitur *ἀνόνητα*. Idem vocabulum male ante me positum erat v. 1272.

ille virtute eminuit, ut secundum Achillem praestantissimus omnium ducum esse indicaretur [8]). Hinc factum etiam, ut in castris Graecorum, quae inter Rhoeteum et Sigeum promontoria posita erant, ex-

---

Ceterum nunquam ab Homero Aiax impietatis accusatus est. Immo apud eundem Iovis ille auxilium implorat Il. ϱ, 626 — 650. et Graecos preces facere ad Iovem iubet Il. η, 193 sqq.

Contra Aiax Locrius et infensus Minervae et insolens fuisse narratur Od. δ, 499 — 510.

8) Apud Sophoclem monui iam not. 7. Minervam ipsam summi et consilii et fortitudinis laudem Aiaci tribuere. Atque ipse Aiax v. 421 sqq. de se dicit: *οὐκέτ᾽ ἄνδρα μὴ τόνδ᾽ ἴδητ᾽, ἔπος ἐξερῶ μέγα, οἷον οὔτινα Τρωΐα στρατοῦ δέρχθη χθονὸς μολόντ᾽ ἀπὸ Ἑλλανίδος.* Adde v. 1339 sqq. Neque contra auctoritatem Homeri id factum est, a quo saepius Aiax secundum Achillem fortissimus esse praedicatur. Cfr. Il. β, 76[?] sq. ϱ, 279 sq. Od. λ, 469 sq. 550 sq. ω, 17 sq. et Il. η, 288., ubi Hector his verbis alloquitur Aiacem:

Αἶαν, ἐπεί τοι δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε,
καὶ πινυτήν, περὶ δ᾽ ἔγχει Ἀχαιῶν φέρτατός ἐσσι.

Atque manu quidem non minus quam Achilles fortis fuisse dicitur etiam Il. ν, 321 sqq.:

ἀνδρὶ δέ κ᾽ οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,
ὃς θνητός τ᾽ εἴη καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν,
χαλκῷ τε ῥηκτὸς μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν·
οὐδ᾽ ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν
ἔν γ᾽ αὐτοσταδίῃ· ποσὶ δ᾽ οὔπως ἔστιν ἐρίζειν.

Eandem laudem qui insecuti sunt poetae omnes tribuerunt Aiaci, veluti Pindarus, qui quum saepe admirabilem eius virtutem celebrat, tum Nem. VII, 40. dicit eum *κράτιστον Ἀχιλέος ἄτερ μάχᾳ.* Pari modo ab Horatio Sat. II, 8, 193. appellatur heros ab Achille secundus.

Illud autem non sine causa quam maxime animadverti volo, a prudentia etiam, quae a Minerva Sophoclea laudatur, Aiacem commendari ab Homero. Diserte eam laudatam legimus ab Hectore Il. η, 289., quem locum modo attuli. Non minus huc pertinent ii loci, in quibus inter eos principes commemoratur, quos in consilium adhibendos Agamemno putavit, ut Il. α, 144 sqq. β, 404 sqq. κ, 53 sqq. 108 sqq.

Omnino apud Homerum nullum aut dictum aut factum Aiacis temeritatis arguitur. Quo magis mirum est, quod Alexander dicit Aphr. Probl. I, 16. *Ὅμηρος Ὀδυσσέα μὲν φρόνιμον λέγει, Αἴαντα δὲ μωρότερον.*

Ne Menelaus quidem aut Agamemno apud Sophoclem, ubi in invidiam vocant Aiacem, ullo verbo stultitiae eum arguunt; quod non omisissent facere, si quisquam Sophoclis aetate eius criminis reum fuisse Aiacem credidisset. Immo nihil in eo reprehendit Menelaus, nisi quod dictis suis obediendum nunquam putarit.

tremas stationes Aiacis et Achillis naves tenerent [9]. Ac saepe quidem Aiax solus a Graecis perniciem avertit [10].

Idem quum aliis interfuit expeditionibus, quas

Denique illud monendum hoc loco arbitror, vehementer errare qui Aiacem antiquiore aetate (inde ab Homero usque ad Sophoclem dico) imperitum dicendi vulgo existimatum esse opinantur. Primum enim nihil ex quo colligi id queat, ab Homero scriptum reperitur, apud quem loquens introducitur Aiax quum alibi, tum imprimis Il. ι, 624 — 642. ο, 502 — 513. 561 — 564. 733 — 741.

Neque recte intellexerunt Pindari verba, qui ab eo Aiacem dici rudem dicendi fuisse putarunt. Is Nem. VIII, 39 sqq. haec posuit: κεῖνος καὶ Τελαμῶνος δάψεν υἱὸν φασγάνῳ ἀμφικυλίσαις. ἦ τιν' ἄγλωσσον μέν, ἦτορ δ' ἄλκιμον, λάθα κατέχει ἐν λυγρῷ νείκει, μέγιστον δ' αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέταται. Quorum verborum sensum hunc esse manifestissimum est: invidia Aiacem quoque absumpsit fecitque, ut in gladium ille irrueret. Qui quamvis egregia esset virtute, tamen, quod minus facundus erat, in luctuosissima lite causa cecidit, concessaque arma Achillea Ulixi sunt, homini mendaci versutoque. Hic quum ἄγλωσσον oppositum sit verbis αἰόλῳ ψεύδει, quis non videat Ulixi loquacitatem plenam mendaciorum, Aiaci concisam quandam brevitatem tribui, qualis esse eorum solet, qui causae suae iustissimae confisi verbis eam exornandam non putant. Est igitur ἄγλωσσον idem fere atque οὐ πολύγλωσσον, qualem se fuisse ipse Ulixes confitetur apud Sophoclem Phil. 96 sqq.:

ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοῖς
τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην.

Neque Sophocles postremo talem introduxit Aiacem, qui dicendi rudis fuisset. Addo, ne verbo quidem monitum ab eo esse, in armorum iudicio propterea ab Ulixe Aiacem esse superatum, quod facundia minus quam ille polluisset. Immo alia eius rei causa redditur v. 1135.; in quo cum Sophocle consentit Pindarus Nem. VIII, 44 sqq.

Itaque valde dubium est, quo sensu accipienda verba Nestoris sint, quae ex deperdita fabula Sophoclis Plutarchus affert Moral. p. 504. c. (et p. 810. c.): ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλέους Νέστωρ τὸν Αἴαντα τραχυνόμενον τῷ λόγῳ πραΰνων ἠθικῶς τοῦτο εἴρηκεν· οὐ μέμφομαί σε· δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις.

9) Respicit huc Sophocles v. 3. Cfr. Homer. Il. ϑ, 224 sqq. et λ, 6 sqq. Eurip. Iph. A. 288 — 295.

10) Inutile videtur praeclare facta Aiacis, ab Homero praedicata, singula hic commemorare. Summam autem salutem putabatur Graecis attulisse, quum Hectori restitit Graecorum navibus faces iamiam iniecturo. Quae res ab Homero nar-

Graeci, dum Troiam obsidebant, adversus civitates finitimas praedandi causa susceperunt, tum eam Phrygiae civitatem depopulatus est, in qua floruit Teleutas, vir opulentissimus, cuius filiam, Tecmessam, bello captam postmodo pro uxore habuit [11]). Ex ea natus est Eurysaces [12]).

---

rata est Il. *ο*, 415 sqq. et a Teucro apud Sophoclem ad probandam singularem Aiacis virtutem prolata v. 1273 sqq.

11) Non novimus, quis ante Sophoclem de expeditione illa adversus Teleutantem facta captaque Tecmessa, filia eius, exposuerit. Devastatam ab Aiace patriam suam conqueritur Tecmessa v. 488 sqq. et 515. Pater fuerat vir opulentissimus, coll. v. 488.; Teleutas idem dicitur v. 210. 331. Praedae loco datam eam Aiaci esse commemorat Scholiastes Hom. Il. *α*, 138.

12) Eurysacis, Aiacis et Tecmessae filii, mentio inicitur v. 340. 510 sqq. 530 sqq. 545 sqq. 574 sq. 983 sqq. 1171 sqq.

13) In Aiace fabula nihil a Sophocle proditum de ratione occisi Achillis. Sed idem Philoct. 334 sqq.

τέθνηκεν, inquit, *ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ᾽ ὕπο,*
τοξευτός, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

secutus dictum Achillis ipsius, qui apud Homerum Il. *φ*, 277. matrem sibi vaticinatam esse refert, ae Apollinis telis ante moenia Troiae periturum esse:

ἥ μ᾽ ἔφατο Τρώων ὑπὸ τείχεϊ θωρηκτάων
λαιψηροῖς ὀλέεσθαι Ἀπόλλωνος βελέεσσιν.

Contra Xanthus, equus, Il. *τ*, 416 sq. hoc praedicit Achilli;

ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ
μόρσιμόν ἐστι, θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Idem canit Hector, addito nomine mortalis illius, a quo occidi Achillem fatale esset, Il *χ*, 358 sqq.:

φράζεο νῦν, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι
ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐσθλὸν ἐόντ᾽ ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν.

Atque hanc quidem famam, qua Achilles a Paride et Apolline perisse dictus erat, secutus est Arctinus, ut cognitum habemus ex Procli Chrestom. p. 479. ed. Gaisf., quem locum not. 14. apponam.

14) Ut Aiax potissimum et Ulixes de armis Achilleis contenderent, eius rei haec fuit causa, quod ambo maximam operam dederant, ne corpus Achillis in manus hostium perveniret. Qua in re uter maiorem praestitisset operam, nullo verbo in Aiace fabula Sophocles indicavit, ne illud quidem monens, in defendendo corpore illius studium posuisse Aiacem et Ulixem. In Philoct. 372 sq. tamen facit Ulixem in ficta, id quod bene notandum, oratione Neoptolemi haec dicere:

ναί, παῖ, δεδώκασ᾽ ἐνδίκως οὗτοι τάδε·
ἐγὼ γὰρ αὔτ᾽ ἔσωσα κἀκεῖνον παρών.

Occiso Achille [13]), quum arma eius, orta inter Aiacem et Ulixem contentione [14]), ab Atridis Ulixi essent adiudicata [15]), adeo exacerbatus animus Aiacis est, ut contumeliam illam ulturus media nocte et Atridas et Ulixem occidere pararet. Verum quum in eo esset, ut in tabernacula eorum irrue-

---

Quo ex loco qui colligat Sophoclem aliam esse famam secutum, atque illam, cuius auctor est Arctinus in Aethiopide, valde erraverit. Arctinum autem Proclus Chrestom. p. 479. ed. Gaisf. haec memoriae prodidisse refert:

τρεψάμενος δ' Ἀχιλλεὺς τοὺς Τρῶας καὶ εἰς τὴν ** εἰςπεσὼν ὑπὸ Πάριδος ἀναιρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος. καὶ περὶ τοῦ πτώματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης Αἴας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζει, Ὀδυσσέως ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν. Cfr. Schol. Aristoph. Eqq. 1065., quem locum not. 15. adscripsi.

Atque hanc quidem iam Homeri aetate famam vulgarem fuisse satis intelligitur ex Od. ε, 308 sqq. ubi haec loquitur Ulixes:

ὡς δὴ ἔγωγ' ὄφελον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν
ἤματι τῷ, ὅτε μοι πλεῖστοι χαλκήρεα δοῦρα
Τρῶες ἐπέῤῥιψαν περὶ Πηλείωνι θανόντι.

Pindarus non id agens, ut, quid Aiax, quid Ulixes in tuendo corpore Achillis fecisset, diligenter explicaret, tantum haec scripsit Nem. VIII, 49 sqq.: ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δάοισιν ἐν θερμῷ χροῒ ἕλκεα ῥῆξαν πολεμιζόμενοι ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ, τὰ μὲν ἀμφ' Ἀχιλεῖ νεοκτόνῳ, ἄλλων τε μόχθων ἐν πολυφθόροις ἁμέραις.

Apud Ovidium, seriores scriptores secutum, Metam. XIII, 284. Ulixes, his, inquit, humeris, his, inquam humeris ego corpus Achillis et simul arma tuli.

15) Servato corpore Achillis profligatisque hostibus, qui eripere id conabantur, primum inter sese Aiacem et Ulixem nullo adhibito arbitro de armis illius disceptasse videri potest Arctinus narrasse, ex quo affert Proclus Chrestom. p. 479. ed. Gaisf.: καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων Ὀδυσσεῖ καὶ Αἴαντι στάσις ἐμπίπτει. Non novi tamen, qui hoc diserte memoriae prodiderit. Immo vulgo statim constituti esse iudices dicuntur, qui decernerent, utri arma essent adiudicanda. Qui fuerint autem iudices illi, in ea re veteres scriptores a se dissentiunt.

Homerus Ulixem haec facit dicere Od. λ, 543 sqq.:

οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
νόσφιν ἀφειστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης,
τήν μιν ἐγὼ νίκησα, δικαζόμενος παρὰ νηυσί,
τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος· ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ·
παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.
ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ·
τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν,
Αἴανθ', ὃς πέρι μὲν εἶδος, πέρι δ' ἔργα τέτυκτο
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

ret, immissa a Minerva insania [16]), greges publicos Graecorum ferro petivit, petitosque, tanquam duces Graecorum, omnes partim una cum pastoribus iugulavit, partim vinctos in tabernaculum abduxit, longis ibi cruciatibus peremturus [17]).

Mox tamen vindicta ista sumpta ad sanam mentem rediit. Quo facto quum vidisset non ho-

---

Verum iam Aristarchus v. 547. παῖδες — Ἀθήνη, ab Homero profectum esse negavit, uncisque inclusit nostra aetate Wolfius. Videtur tamen etiam Sophocles famam illam, ex qua Minervae certe opera arma Achillea Ulixi adiudicata putabantur, respicere v. 926 sq. ed. meae.

Proclus Chrestom. p. 481. ed. Gaisf. in Leschis Iliade parva haec esse narrata refert: ἡ τῶν ὅπλων κρίσις γίνεται, καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ βούλησιν Ἀθηνᾶς λαμβάνει.

Pluribus refert, quid a Lesche narratum sit, Scholiastes Aristoph. Eqq. 1065.: ἡ ἱστορία τοῦτον τὸν τρόπον ἔχει, ὅτι διεφέροντο περὶ τῶν ἀριστείων ὅ τε Αἴας καὶ ὁ Ὀδυσσεύς, ὥς φησιν ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκώς. τὸν Νέστορα δὲ συμβουλεῦσαι τοῖς Ἕλλησι πέμψαι τινὰς ἐξ αὐτῶν ὑπὸ τὰ τείχη τῶν Τρώων, ὠτακουστήσοντας περὶ τῆς ἀνδρείας τῶν προειρημένων ἡρώων. τοὺς δὲ πεμφθέντας ἀκοῦσαι παρθένων διαφερομένων πρὸς ἀλλήλας. ὧν τὴν μὲν λέγειν, ὁ Αἴας πολὺ κρείττων ἐστὶ τοῦ Ὀδυσσέως, διερχομένην οὕτως·

Αἴας μὲν γὰρ ἄειρε καὶ ἔκφερε δηϊοτῆτος
ἥρω Πηλείδην, οὐδ᾽ ἤθελε δῖος Ὀδυσσεύς.

τὴν δ᾽ ἑτέραν ἀντειπεῖν Ἀθηνᾶς προνοίᾳ·

πῶς ἐπεφωνήσω; πῶς οὐ κατὰ κόσμον ἔειπες
ψεῦδος;

Pindarus Nem. VIII, 45. Danaos ait iudices fuisse, scribens: κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσσῆ Δαναοὶ θεράπευσαν, χρυσέων δ᾽ Αἴας στερηθεὶς ὅπλων φόνῳ πάλαισεν.

Sophocles, qui iudices fuissent, narrare omisit, quamvis sint qui existiment Atridas ab eo dictos esse iudices fuisse. Atqui Atridas tantum exercuisse iudicium dicit, ut apparere ex iis locis videtur, in quibus iudicii illius mentio iniicitur. Facta autem mentio est tantum tribus his locis, v. 449. 1135 sqq. 1243.

Neque de ea re Sophocles aut Aiacem aut Ulixem exponere fecit, cur sibi quisque arma adiudicanda esse putaret, nisi quod Aiax iniquissimum fuisse iudicium illud conqueritur v. 441 sqq. Qua in re consentit cum Sophocle Pindarus Nem. VII, 31 sqq. VIII, 30 sqq. Isthm. III, 56 sq. aliique plurimi scriptores.

16) Narrat haec Sophocles v. 40 — 65. 447 — 453. 1055 — 1061. Praeiverat autem Lesches, ex cuius Iliade

minum, quos ulturus erat, sed pecudum imbellium caedem se fecisse, susceptae ignominiae pudore fractus neque Tecmessae neque sociorum, quos ex Salamine adversus Troiam duxerat, obtestationibus deterreri potuit, quin necem sibi ipse inferret [18]). Itaque procul ab illis in gladium irruit, ab Hectore olim dono acceptum [19]).

---

parva Proclus Chrest. p. 481. ed. Gaisf. haec attulit: ἡ τῶν ὅπλων κρίσις γίνεται, καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ βούλησιν Ἀθηνᾶς λαμβάνει. Αἴας δὲ ἐμμανὴς γενόμενος τήν τε λείαν τῶν Ἀχαιῶν λυμαίνεται καὶ ἑαυτὸν ἀναιρεῖ.

A Minerva tamen immissam esse Aiaci insaniam num Lesche auctore Sophocles narraverit, ignoramus. Verum accommodatissime narratum hoc a Sophocle esse nemo non intelliget. Perpetua enim adiutrix Ulixis quum Minerva esse putaretur, summa cum probabilitate ea dea Aiacem, quum exitium moliretur Ulixi, insania affectum in greges immittere fingebatur. Accedit, quod ipsa Aiacis insolentiam experta erat. Vide quae not. 7. exposuimus.

A Pindaro tamen neque de insania neque de gregum occisione quicquam proditum iis in locis, in quibus de armorum iudicio et de interitu Aiacis loquitur.

Dubitari etiam potest, num Arctinus de pecudum occisione narraverit, siquidem ex iis, quae secundum Eustathium p. 859, 44. de Machaone scripsit:

ὅς ῥα καὶ Αἴαντος πρῶτος μάθε χωομένοιο
ὄμματά τ' ἀστράπτοντα βαρυνόμενόν τε νόημα,

cum Lobeckio p. 208 ed. sec. coniecturam facere licet, Machaonem primum furoris indicium in medio Graecorum consessu deprehendisse, quum arma Aiaci adiudicata essent.

Alii contra memoriae prodiderunt Aiacem insania correptum in Troianos impetum fecisse. Ita M. Tullius Tuscul. IV, 24. semper, inquit, Aiax fortis, fortissimus tamen, quum Danais inclinantibus praelium instituit insaniens. Quam famam respicere Lobeckio Sophocles videtur, Aiacem v. 466 sqq. haec dicere faciens:

ἀλλὰ δῆτ' ἰὼν
πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις,
καὶ δρῶν τι χρηστόν, εἶτα λοίσθιον θάνω;

17) Cfr. Sophocles v. 51 — 65. 94 — 115. 296 — 300.

18) Cfr. Sophocles v. 305 — 330. 360 sq. 390 sq. 421 sq. 457 sq. 470 sqq. 550 — 577.

19) Cfr. Sophocles v. 815 — 865. Fuit autem communis totius antiquitatis opinio Aiacem post armorum Achilleorum iudicium mortem properasse. Neque enim dubium, quin hoc ipsum significaverit Homerus Od. λ, 549. scribens: τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν (armorum Achillis) γαῖα κατ-

Cadaver eius quanquam Menelaus et Agamemno, ut de mortuo Aiace poenas meditatae caedis exigerent, canibus vulturibusque obiici iusserant, tamen

---

ἔσχεν, Αἴαντα etc. Idem narratum a Cyclicis poetis et Lyricis (cfr. Pind. Nem. VII, 35 sqq. VIII, 39 sqq. Isthm. III, 56 sqq.) est, quos secuti sunt poetae tragici.

Addo hic quae auctor argumenti fabulae Sophocleae sub finem prodidit:

περὶ δὲ τοῦ θανάτου τοῦ Αἴαντος διαφόρως ἱστορήκασιν. οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Πάριδος τρωθεὶς ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἱμοῤῥοῶν, οἱ δέ, ὅτι χρησμὸς ἐδόθη Τρωσὶ πηλὸν κατ' αὐτοῦ βαλεῖν· σιδήρῳ γὰρ οὐκ ἦν τρωτός (cfr. not. 4.)· *καὶ οὕτω τελευτᾷ, οἱ δέ, ὅτι αὐτόχειρ αὐτοῦ γέγονεν, ὧν ἐστὶ καὶ Σοφοκλῆς.*

Ad quae verba Lobeckius p. 377. ed. sec. haec adnotavit: „Aliter haec tradit Eustathius p. 995, 6., quum dicit eum *ἀποσεισάμενον τὸν : ‹ ὃν δύο ποιῆσαι κολωνούς.* Hinc intelligitur in Sophronis testimonio apud Demetrium Phal. c. 147. *θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι, οἷόνπερ φαντὶ φιλάτας Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ παλῷ*, multum errasse, qui pro *τῷ παλῷ* substituerunt *ῥοπάλῳ* (quos secutus est Blomfieldius in fragm. 27.) [*τῷ παλτῷ* edidit ex coniectura Göllerus, quem vide p. 127.]. Paridis sagitta Aiacem perisse tradidit Anticlides ad Lyc. 464., quocum consentit Dares p. 189.; ac fuisse etiam, qui Ulixem huius facinoris reum agerent, apparet ex Ciceronis verbis de Invent. I, 8. quid factum sit, potest quaeri hoc modo, occideritne Aiacem Ulixes; quod e Tragicorum fabulis depromtum esse testatum facit Quinctilianus IV, 2, 13. ut in tragoediis quum Teucer Ulixem reum facit Aiacis occisi, dicens inventum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento. Suidas s. *Παλλάδιον* auctor est, orta inter utrumque de Palladio lite Aiacem noctu interemptum, Ulixem in suspicionem caedis vocatum esse."

Denique ea quoque fama percrebuit, in Teucrum culpam interempti Aiacis a Telamone coniectam esse. Ita Scholiastes Pindari ad Nem. IV, 76.: *ὁ γὰρ Τεῦκρος ἐλθὼν μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἰλίου ἐς Σαλαμῖνα, καὶ ὑπονοηθεὶς ὑπὸ τοῦ Τελαμῶνος, ὡς αἴτιος γεγονὼς τοῦ φόνου τῷ Αἴαντι, φυγὼν ᾤκισε τὴν Κύπρον καὶ ἔσχεν αὐτῆς τὴν ἀρχήν.* Eodem pertinent, quae Pausanias I, 28, 12. narrat: *Τεῦκρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι οὕτως ἀπολογήσασθαι, μηδὲν ἐς τὸν Αἴαντος θάνατον εἰργάσθαι.*

Itaque apud Sophoclem Teucer post caedem Aiacis praedicit fore, ut reversus in patriam a Telamone patre et in suspicionem fratris occisi vocetur et ex patria eiiciatur, v. 1008 — 1021.

a Teucro, vehementer pro sepultura adversus duces illos pugnante, quum causam eius Ulixes etiam suscepisset, extremi honores mortuo solvuntur [20]).

---

20) Cfr. Sophocles inde a v. 1049 usque ad finem fabulae. In his quoque veterem aliquam famam Sophocles secutus videtur. Narraverat enim Lesches secundum Eustathium p. 285, 38. μηδὲ καυθῆναι συνήθως τὸν Αἴαντα, τεθῆναι δὲ οὕτως ἐν σορῷ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως.

Sepultus autem Aiax narratur esse — Lobeckii verba sunt p. 377. ed. sec. — in litore Rhoeteo a Quinto Cal. V, 654. apposita posthac statua; quam quum abstulisset Antonius, Rhoeteensibus ultro reddidit Caesar Augustus secundum Strabonem XIII, 890. C. et Eustathium p. 666, 52. ubi pessime Ἄρατος scribitur pro Αὔγουστος vel Σεβαστός. Idemque Eustathius p. 313, 30. Aiacis μνῆμα καὶ ἱερόν in Rhoeteo memorat. Sed iam prius inferias ei attulit Alexander secundum Diodorum XVII, 7., virtutem viri admiratus ab ipsis dis testatam, quorum voluntate factum est, ut Achillis arma Ulixi naufrago erepta tempestate ad Aiacis tumulum deferrentur; cfr. Phot. Bibl. C. CXC. 249. et Epigr. Ἀδέσποτ. 304.; et ex ipsius sanguine flos pullularet lugubris, quem Euphorio apud Eustathium l. l. et Scholiastes Theocr. XX, 28. (vide Meinek. p. 89.) multique praeterea alii celebrarunt; sed de genere plantae discrepant; vide Linnaei Specc. Plant. p. 718.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΑΙΑΝΤΟΣ.

Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστὶ πραγματείας, ὥςπερ οἱ ΑΝΤΗΝΟΡΙΔΑΙ, καὶ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ, καὶ ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ, καὶ ΜΕΜΝΩΝ[1]). πεπτωκότος γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀχιλλέως, ἐδόκουν Αἴας τε καὶ Ὀδυσσεὺς ἐπ' αὐτῷ πλέον τι ἀριστεύειν περὶ τὴν τοῦ σώματος κομιδήν· καὶ κρινομένων περὶ τῶν ὅπλων, κρατεῖ Ὀδυσσεύς. ὅθεν ὁ Αἴας, τῆς κρίσεως μὴ τυχών, παρακεκίνηται[2]) καὶ διέφθαρται τὴν γνώμην, ὥςτε ἐφαπτόμενος τῶν ποιμνίων δοκεῖν τοὺς Ἕλληνας διαχρήσασθαι[3]). καὶ τὰ μὲν ἀνεῖλε τῶν τετραπόδων, τὰ δὲ δήσας ἀπάγει ἐπὶ τὴν σκηνήν· ἐν οἷς ἐστὶ καὶ κριός τις ἔξοχος, ὃν ᾤετο εἶναι Ὀδυσσέα, ὃν δήσας ἐμαστίγωσεν, ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόςκειται ὁ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ, ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ΛΟ-

---

1) In codice Regio E Brunckius monet non Μέμνων, sed Ἀγαμέμνων scriptum exstare.

2) παρακεκίνηται idem esse atque διέφθαρται τὴν γνώμην docuit Schaeferus, coll. Suida T. III. p. 32, ubi eadem iunguntur, Excerptis ex Diodoro Sic. T. II. p. 565. 20. et Luciano T. III. p. 131.

3) Pro διαχρήσασθαι codd. aliquot Brunckiani, item Ien., Dresd. a. διαχειρίζεσθαι. Sic infra Dresd. a. διαχειρίζεται pro διαχρῆται.

ΚΡΟΥ. Δικαίαρχος δὲ ΑΙΑΝΤΟΣ ΘΑΝΑΤΟΝ ἐπιγράφει· ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς ΑΙΑΣ ἀναγέγραπται.

Ταῦτα μὲν οὖν πράττει ὁ Αἴας· καταλαμβάνει δὲ Ἀθηνᾶ Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς σκηνῆς διοπτεύοντα, τί ποτε ἄρα πράττει ὁ Αἴας, καὶ δηλοῖ αὐτῷ τὰ πραχθέντα, καὶ προκαλεῖται εἰς τὸ ἐμφανὲς τὸν Αἴαντα ἔτι ἐμμανῆ ὄντα, καὶ ἐπικομπάζοντα, ὡς τῶν ἐχθρῶν ἀνῃρημένων. καὶ ὁ μὲν εἰςέρχεται ἐπὶ τῷ μαστιγοῦν τὸν Ὀδυσσέα. παραγίνεται δὲ Χορὸς Σαλαμινίων ναυτῶν, εἰδὼς μὲν τὸ γεγονός, ὅτι ποίμνια ἐσφάγησαν Ἑλληνικά, ἀγνοῶν δὲ τὸν δράσαντα. ἔξεισι δὲ καὶ Τέκμησσα, τοῦ Αἴαντος αἰχμάλωτος παλλακίς, εἰδυῖα μὲν τὸν σφαγέα τῶν ποιμνίων, ὅτι Αἴας ἐστίν, ἀγνοοῦσα δέ, τίνος εἶεν τὰ ποίμνια. ἑκάτερος οὖν παρ' ἑκατέρου μαθόντες τὸ ἀγνοούμενον, ὁ Χορὸς μὲν παρὰ Τεκμήσσης, ὅτι ὁ Αἴας ταῦτα ἔδρασε, Τέκμησσα δὲ παρὰ τοῦ Χοροῦ, ὅτι Ἑλληνικὰ τὰ σφαγέντα ποίμνια, ἀπολοφύρονται· καὶ μάλιστα ὁ Χορός. ὅθεν δὴ ὁ Αἴας προελθὼν, ἔμφρων γενόμενος, ἑαυτὸν ἀπολοφύρεται. καὶ τούτου ἡ Τέκμησσα δεῖται παύσασθαι τῆς ὀργῆς· ὁ δὲ ὑποκρινόμενος πεπαῦσθαι, ἔξεισι καθαρσίων ἕνεκεν, καὶ ἑαυτὸν διαχρῆται. εἰσὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δράματος λόγοι τινὲς Τεύκρου πρὸς Μενέλεων καὶ πρὸς Ἀγαμέμνονα [4]), οὐκ ἐῶντας θάπτειν τὸ σῶμα. τὸ δὲ πέρας, θάψας αὐτὸν Τεῦκρος ἀπολοφύρεται. παρίστησι δὲ ὁ λόγος τῆς τραγῳδίας, ὅτι ἐξ ὀργῆς καὶ φιλονεικίας οἱ ἄνθρωποι ἥκοιεν [5]) ἐπὶ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, ὥςπερ ὁ Αἴας προσδοκήσας ἐγκρατὴς εἶναι τῶν ὅπλων, καὶ ἀποτυχών, ἔγνω ἑαυτὸν ἀνελεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται φιλο-

---

4) *Μενέλεων καὶ πρὸς Ἀγαμέμνονα, οὐκ ἐῶντας* rescripsi ex Dresd. a. Et ita iam Turn., Steph., et Canterus. Vulgo *Μενέλαον, οὐκ ἐῶντα.*

5) Recte monet Hermannus displicere optativum. Ienensis habet *ἐμπίπτουσιν οἱ ἄνθρωποι.* Dresd. a. (et ita Turn. Steph. Cant.) *ὅτι, ἐξ ὀργῆς καὶ λύπης ἄκρας οἱ ἄνθρωποι εἰς μανίαν περιτρέπονται, ὃ δὴ καὶ Αἴας πέπονθε, τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἀποτυχών.* Neque aliter Mosq. a., nisi quod *ὃ δὴ καὶ ὁ Αἴας πεπονθώς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἀποτυχών, ἑαυτὸν ἀνεῖλεν* habet.

νεικίαι [6]) οὐκ εἰσὶν ἐπωφελεῖς οὐδὲ τοῖς δοκοῦσι νενικηκέναι. ὅρα γὰρ καὶ παρ' Ὁμήρῳ τὰ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Αἴαντος πάνυ διὰ βραχέων καὶ περιπαθῶς (Ὀδυσσ. λ. 542.)·

οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
νόσφιν ἀφειστήκει κεχολωμένη εἵνεκα τευχέων.

εἶτα αὐτοῦ ἄκουε τοῦ κεκρατηκότος (547.)·

ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ.

οὐκ ἐλυσιτέλησεν ἄρα αὐτῷ ἡ νίκη, τοιούτου ἀνδρὸς διὰ τὴν ἧτταν ἀποθανόντος.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν τῷ ναυστάθμῳ πρὸς τῇ σκηνῇ τοῦ Αἴαντος. δαιμονίως δὲ εἰςφέρει προλογίζουσαν τὴν Ἀθηνᾶν. ἀπίθανον γὰρ τὸν Αἴαντα προϊόντα εἰπεῖν περὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, ὥςπερ ἐξελέγχοντα ἑαυτόν· οὐδὲ μὴν ἕτερός τις ἠπίστατο τὰ τοιαῦτα, ἐν ἀποῤῥήτῳ καὶ νυκτὸς τοῦ Αἴαντος δράσαντος. θεοῦ οὖν ἦν τὸ ταῦτα διασαφῆσαι, καὶ Ἀθηνᾶς προκηδομένης τοῦ Ὀδυσσέως, διό φησι·

καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην
τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ.

Περὶ δὲ τοῦ θανάτου τοῦ Αἴαντος διαφόρως ἱστορήκασιν [7]). οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Πάριδος τρωθεὶς ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἱμοῤῥοῶν· οἱ δέ, ὅτι χρησμὸς ἐδόθη Τρωσὶ πηλὸν κατ' αὐτοῦ βαλεῖν· σιδήρῳ γὰρ οὐκ ἦν τρωτός [8])· καὶ οὕτω τελευτᾷ· οἱ δέ, ὅτι αὐτόχειρ αὐτοῦ γέγονεν, ὧν ἐστὶ καὶ Σοφοκλῆς. περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν, ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυπτεν ἡ τοῦ Ἡρακλέους λεοντῆ, ἄτρωτον ἦν, τὸ δὲ μὴ καλυφθέν, ὅπερ ἦν ἡ πλευρά, τρωτὸν ἔμεινε [9]).

---

6) φιλονεικίαι ex Mosq. a. cum Hermanno recepi pro νῖκαι.
7) Vide quae in fabula Aiacis not. 19. exposuimus.
8) Cfr. fabulam Aiacis not. 4.
9) ὅπερ ἐκάλυψεν — ἔμεινε] Sic ego ex Dresd. a. et Mosq. a. rescripsi. Neque aliter Turn. Steph. et Canterus. Ceteri ita hunc locum scriptum exhibent: ὅπερ ἐκάλυψεν ἡ λεοντῆ, ἄτρωτον ἦν· τὸ δὲ μὴ καλυφθέν, τρωτὸν ἔμεινε. De re ipsa vide quae in fab. Aiacis not. 4. exposui.

ΑΙΑΣ.

ΑΘΗΝΑ.

Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε
πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον·

V. 1 — 133. Aguntur haec postridie eius diei, quo arma Achillea Atridae Ulixi adiudicarunt, primoque mane post eam noctem, in qua greges publici Graecorum una cum pastoribus occisi sunt. Cuius caedis auctor quum Aiax esse argueretur, Ulixes sua sponte, ut rei veritatem aperiret, vestigia eius inde ab eo loco, in quo a speculatore cum gladio cruento conspectus erat, usque ad tentorium eius persecutus ab ipsa Minerva cetera, quae exploratum ivit, edocetur, Aiacem et in tentorio esse et caedem, cuius insimuletur, perpetrasse. Quod facinus quo tandem consilio commiserit, ab Ulixe interrogata, Aiacem, quum propter denegata sibi arma Achillea summa ira percitus nocte et aemulum suum, Ulixem, et iudices iam in eo esset ut interficeret, insania immissa a sese in greges illos publicos compulsum esse refert, ita ut eos, ratus duces se istos Graecorum occidere, partim iugularit, partim vinctos ad acerbiorem vindictam in tentorium suum abduxerit. Quo morbo affectus ut ab ipso Ulixe, quamvis renuente ac trepidante, cernatur Aiax, e tentorio a Minerva evocatur, Ulixis conspiciendi facultate privatus. Egressus ille et insania etiamtum plenus ubi Minervae, tanquam deae adiutrici, pro praestito auxilio gratias egit, magna cum iactatione quum alios multos Graecorum tum imprimis Atridas se occidisse, ab Ulixe autem etiam gravius supplicium sumpturum esse ait. Ad quem cruciandum, frustra deprecante dea, quum in tentorium revertisset, Minerva illius exemplo, quanta deorum vel in fortissimos prudentissimosque homines potentia sit, monet Ulixemque, de mortalium fragilitate et infirmitate confitentem, ab irreverentia deorum et insolentia dehortatur. — His expositis nolo, id quod lectores ipsi facile perspicient, quam admirabili arte compositus hic prologus sit, declarare.

V. 1 sq. ἀεὶ μὲν etc.] Adverte Ulixem, quum Minerva, ex machina spectata, loqui orditur, ante tentorium Aiacis versari, introspicere iamiam, intuensque sit, paratum. — De forma nominis Λαερτίου sive Λαρτίου ad Phil. 87 ed. meae monitum est.

V. 1 sq. δέδορκά σε — θη-

καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,
πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
ἴχνη τὰ κείνου νεοχάραχθ', ὅπως ἴδῃς,
εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον, εὖ δέ σ' ἐκφέρει
κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.
ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει, κάρα

V. 9. Libri ἀνήρ.

ρώμενον] Structura haec est: δέδορκά σε θηρώμενον ἁρπάσαι πεῖράν τινα ἐχθρῶν, ita ut accusativus πεῖραν non ex verbo θηρώμενον, sed ex ἁρπάσαι aptus sit. Iungitur autem θηρᾶν et θηρᾶσθαι non solum cum accusativo substantivi, sed etiam cum infinitivo, veluti Eur. Hel. 62. παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος θηρᾷ γαμεῖν με. ibid. 553. ὅς με θηρᾶται λαβεῖν. Deinde certum est πεῖράν τινος λαμβάνειν pariter atque πειρᾶν τινος ita dici, ut periculum facere alicuius, aut explorare aliquem, aut struere et moliri ea, quae ad capiendum opprimendumve aliquem faciant, sive capere vel opprimere aliquem conari significet. Extrema hac significatione dictum est ab Herodoto VI, 82 πειρᾶν τῆς πόλιος et a Thucyd. I, 61 πειράσαντες πρῶτον τοῦ χωρίου. Simillimo sensu hic πεῖράν τινα ἐχθρῶν ἁρπάσαι positum est, ita ut sit: struere et moliri ea, quae ad capiendos hostes faciant. Quo sensu ne quis πεῖράν τινα ἐχθρῶν λαβεῖν dici debuisse obiiciat, tenendum est Ulixem hic non tam cum venatore quam cum cane venatico comparari, quem aptissime id, quod homines λαμβάνειν dicantur, ἁρπάζειν dici nemo non intelliget. Confer de ista quam dixi comparatione v. 6. μετρούμενον ἴχνη τὰ κείνου νεοχ. et 7 sq. εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. — De aliorum explicationibus vide quae in censura ed. Lobeck. sec., quae prodiit Lipsiae apud Reclamum, dixi.

V. 3. Καὶ νῦν] Respondent hae particulae illis ἀεὶ μὲν, hoc sensu: ut semper — ita nunc quoque. Exempla similia attulit Zeunius ad Vig. p. 587. — Tum verba ἐπὶ σκηναῖς — ἔχει ita videntur explicanda esse, ἐπὶ σκηναῖς ναυτικαῖς, ἔνθα sive ἐν αἷς Αἴας οἰκεῖ, τάξιν ἐσχάτην ἔχων. De re vide fab. Aiac. not. 9.

V. 5. κυνηγετοῦντα] Quid sit hoc, ἐπὶ σκηναῖς ναυτικαῖς Αἴαντος κυνηγετεῖν, explicat ipse poeta v. 18 sqq.

V. 7 sq. εὖ δέ — βάσις] Ordo est: εὖ δέ σε ἐκφέρει βάσις ὥς εὔρινός τις βάσις κυνὸς Λακαίνης, opportune autem te huc perducit gressus tuus ceu sagax gressus canis Lacaenae. De ἐκφέρει confer O. C. 98 ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος. Platon. Phaed. p. 66. B. κινδυνεύει ὥςπερ ἀτραπός τις ἡμᾶς ἐκφέρειν μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει. De nomine βάσις semel posito, quod bis debebat poni, vide ad Phil. 512 ed. meae; de τὶς pronomine cum adiectivo εὔρινος iuncto Passov. L. Gr. v. τὶς n. 4., de locutione εὔρινος βάσις κυνὸς

στάζων ἱδρῶτι καὶ χέρας ξιφοκτόνους.
καί σ' οὐδὲν εἴσω τῆςδε παπταίνειν πύλης
ἔτ' ἔργον ἐστίν, ἐννέπειν δ', ὅτου χάριν
σπουδὴν ἔθου τήνδ', ὡς παρ' εἰδυίας μάθῃς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὦ φθέγμ' Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,

Lobeck. ad h. l. et nos ad Phil. 1101. Matth. §. 446. not. 1. Imitatus est Libanius Ecphr. T. IV. p. 1065 *εὐρίνῳ βάσει τὸ λανθάνον ἀνιχνεύοντες.* Etym. M. *εὔρινος βάσις· ἡ εὐόσφρητος πορεία.*

V. 8. *κυνὸς Λακαίνης*] De canibus Laconicis, qui proprie venatici erant, sed etiam a pastoribus adhibebantur, conferri iubet Bothius Aristotelem Hist. An. VIII, 28. ubi ex vulpe et cane generari dicuntur, et IX, 1. (coll. VI, 20.), Oppian. Cyneg. I, 371. ibique Rittershus., Plin. H. N. non uno loco, et interpp. ad Virg. Ge. III, 405., Horat. Epod. VI, 5. Ceterum illud vix opus est ut moneatur, Graecos nihil in eo offensionis esse iudicasse, si quem hominem sagacem cum cane comparabant. Cfr. Aeschyl. Ag. 1093 *ἔοικεν εὔριν ἡ ξένη κυνὸς δίκην εἶναι.* ibid. 1184 sq. *καὶ μαρτυρεῖτε συνδρόμως ἴχνος κακῶν ῥινηλατούσῃ τῶν πάλαι πεπραγμένων.* Platon. de legg. II. p. 654. D. *ταῦτ' ἄρα μετὰ τοῦθ' ἡμῖν αὖ καθάπερ κυσὶν ἰχνευούσαις διερευνητέον.*

V. 9. *ἔνδον — τυγχάνει*] In brevius contraxit orationem, hoc dicens: intus enim homo est, modo ingressus. De *τυγχάνειν* sine participio posito cfr. El. 46. 313. et Lobeck. ad Phryn. p. 277.

V. 9 sq. *κάρα στάζων ἱδρῶτι* etc.] De locutione *κάρα στάζω ἱδρῶτι* monitum ad Phil. 7. — Ad verba seqq. *καὶ χέρας ξιφ.* solum verbum *στάζων* omisso nomine *ἱδρῶτι* referendum, ita ut, quod res ipsa docet, *στάζων χέρας ξιφ.* sit: cuius manus sanguine stillant. De nomine *ξιφοκτόνους* addit Musgravius: Exstat Eur. Hel. 361. Suidas: *ξιφοκτονεῖ· ξίφεσιν ἀναιρεῖ.* Eadem analogia formantur *λιμοκτονία, λιμοκτονεῖν, λιθοκτονία.*

V. 11 sqq. Schol.: *καί σ' οὐδὲν εἴσω· οὐκ ἀναγκαῖον τὸ πολυπραγμονεῖν ἔτι, εἰ ἔνδον ἐστὶν Αἴας. ἔνδον γάρ· ἀλλὰ λέγειν διὰ τί τὴν σπουδὴν ταύτην ἔθου, ἵνα παρ' ἐμοῦ μάθῃς τὰ ἀγνοούμενά σοι.* De locutione *οὐδὲν ἔργον ἐστὶ* vide huius fab. 852. Aristoph. Lysistr. 424 *ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἑστάναι.* El. 1353 sqq. ed. meae cum adnotatione mea. De locutione *σπουδὴν τίθεσθαι* dixi ad O. C. 462.

V. 14. *ὦ φθέγμ' Ἀθάνας*] Vide ad O. C. 860 ed. meae; de forma *Ἀθάνας* confer quos iam Neuius adscripsit Valck. ad Phoen. 11., Pors. ad Or. 26., Lobeck. ad Phryn. p. 428.

V. 14 sqq. Schol.: *ὦ φθέγμ' Ἀθάνας· καὶ τοῦτο ἄριστα πεποίηται· φθέγμα γὰρ εἶπεν, ὡς μὴ θεασάμενος αὐτήν· δῆλον γάρ, ὡς οὐκ εἶδεν αὐτὴν ἐκ τοῦ*

ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως
φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί,
χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς.
καὶ νῦν ἐπέγνως εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυςμενεῖ
βάσιν κυκλοῦντ', Αἴαντι τῷ σακεςφόρῳ.
κεῖνον γάρ, οὐδέν' ἄλλον, ἰχνεύω πάλαι.
νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆςδε πρᾶγος ἄσκοπον
ἔχει περάνας, εἴπερ εἴργασται τάδε·
ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανές, ἀλλ' ἀλώμεθα.
κἀγὼ 'θελοντὴς τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ·
ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν

V. 83. Cod. Suidae ap. Pors. Adv. p. 181. et Lb. habent κἂν ἄποπτος ᾖς ὁμῶς; τουτέστιν ἀόρατος. Τῆς δὲ φωνῆς μόνης αἰσθάνεται, ὡς ἐθάδος αὐτῷ οὔσης· ἔστι μέντοι ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἡ Ἀθηνᾶ· δεῖ γὰρ τοῦτο χαρίζεσθαι τῷ θεατῇ· προθεραπεύει δὲ τὸν θεὸν ὁ Ὀδυσσεὺς, καὶ οὕτω λέγει τὰ Αἴαντος. Recte Scholiastes. Non conspiciebatur autem Minerva ab Ulixe, quanquam a spectatoribus videbatur, quod ille a tergo erat Minervae, oculos ad spectatores convertens. Ita apud Euripidem Ion tum demum conspicit Minervam, quum domum intraturus oculos in scenam coniiciebat, exclamans subito (v. 1549 sqq.): ἔα· τίς οἴκων θυοδόκων ὑπερτελὴς ἀντήλιον πρόςωπον ἐκφαίνει θεῶν; φεύγωμεν, ὦ τεκοῦσα, μὴ τὰ δαιμόνων ὁρῶμεν, εἰ μὴ καιρός ἐσθ' ἡμᾶς ὁρᾶν.

V. 15. ἄποπτος] Recte Scholiastes interpretatur ἀόρατος. Hesychius: ἄποπτον· πόῤῥωθεν ὁρώμενον, ἢ ἀθεώρητον. Vide ad El. 1463 ed. meae. Contra Lobeckii interpretationem in censura editionis Lobecki secundae, quae prodiit Lipsiae, dixi.

V. 16. Schol.: ξυναρπάζω· ὀξέως συνίημι καὶ ἀντιλαμβάνομαι.

V. 17. κώδωνος] Tintinnabulo, κώδων dicto, nullus hic quidem locus. Verum ita tubae quoque partem latiorem vocatam esse testis est praeter Scholiastam Pollux L. II. c. 4. §. 203., et Athenaeus L. IV. extremo. Hinc tuba ipsa per synecdochen κώδων audit. MUSG. Adde Lobeck. ad h. locum. De Tyrrhenica tuba vide Valck. ad Schol. Eur. Phoen. 1386. p. 766. et Porson. ad Phoen. 1392., de forma Τυρσηνικῆς Pors. ad Hec. 8. — Adiectivum χαλκοστόμου recte iam Scholiastes explicavit ὀξυφωνοτάτης. Vide ad O. C. 1043 ed. meae.

V. 19. βάσιν κυκλοῦντ'] Explicat poeta his verbis id, quod supra v. 5. posuit, κυνηγετοῦντα. Hermannus interpretatur, ultro citroque obire coll. Ant. 226 ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν. et Eur. Or. 631 ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς, διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς;

Ibid. Schol: σακεσφόρῳ· οὐχ ἁπλῶς ὁπλοφόρῳ, ἀλλὰ κατ'

λείας ἁπάσας καὶ κατηναρισμένας
ἐκ χειρὸς αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.
τήνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει.
καί μοί τις ὀπτὴρ αὐτὸν εἰςιδὼν μόνον
πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει,
φράζει τε κἀδήλωσεν· εὐθέως δ' ἐγὼ
κατ' ἴχνος ᾄσσω, καὶ τὰ μὲν σημαίνομαι,
τὰ δ' ἐκπέπληγμαι κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅτου.
καιρὸν δ' ἐφήκεις· πάντα γὰρ τά τ' οὖν πάρος
τά τ' εἰςέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί.

ὅπου. Sed in Lb. suprascriptum τ est.

ἐξοχήν. Ὅμηρος (Il. η, 219.)· Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος, ἠΰτε πύργον. Ovid. Metam. XIII, 2 surgit ad hos clipei dominus septemplicis Aiax, ad quem locum vide interpretes.

V. 21. ἄσκοπον] Vide Schol. ad v. 40. et quae ad El. 848 ed. meae adnotata sunt. De genitivo νυκτὸς vide Rost. §. 108. not. 13. i., de locutione ἔχει περάνας ad Philoct. 1334 ed. meae. Illud facile apparet εἴργασται active dictum esse.

V. 23. Schol.: ἀλώμεθα· τῷ νῷ πλανώμεθα. Photius: τρανὲς τὸ σαφὲς οἱ τραγικοὶ λέγουσιν.

V. 27. ἐκ χειρὸς] Recte Neuius interpretatur non casu aliquo prostratas, i. e. violenter. Sic explica v. 409 χειρὶ φονεύοι et 1069 χερσὶν παρευθύνοντες. Vulgo explicant cominus. De dativo αὐτοῖς ἐπιστάταις vide Matth. §. 405. not. 3. Scholiastes: ἐπιστάταις· τοῖς ποιμέσι· καλῶς δὲ τοῦτο, ἵνα μὴ παραγένοιτό τις ἀπαγγέλλων τὸ σαφές. πόθεν οὖν αὕτη ἡ ὑπόνοια; ὅτι εἶδέν τις αὐτὸν ἐν τῷ πεδίῳ πηδῶντα μετὰ τοῦ ξίφους νεαροῦ ἀπὸ τοῦ αἵματος. Adscripsit Lobeck. Plat. Legg. X, 906. A. ποιμνίων ἐπιστάταις.

V. 30. πηδῶντα πεδία] De accusativo, quocum πηδᾶν coniunctum, vide ad Philoct. 144 sq. ed. meae.

V. 31. φράζει τε κἀδήλωσεν] Diversa tempora, Porsonus inquit ad Eur. Hec. 21., toties permiscent tragici, ut hanc varietatem data opera quaesisse videantur.

V. 32. Schol.: σημαίνομαι· σηματίζομαι, διὰ σημείων γινώσκω.

V. 33. τὰ δ' ἐκπεπλ. etc.] Notum est ἐκπλήττεσθαί τι ita dici, ut sit latine perhorrescere aliquid sive perturbari aliqua re. Perturbatum autem se iis vestigiis esse Ulixes dicit, quae pecudum erant, quas in tentorium suum Aiax compulerat.

V. 34. καιρὸν] Sic 1316. Vide Matth. §. 425. 5. — Locutio κυβερνᾶν τινὰ πάντα vel κυβερνᾶσθαι ὑπό τινος πάντα, similis est locutioni ὑπηρετεῖν τινὶ πάντα, de qua ad Philoct. 15. dictum, ita explicandae: πᾶν ὑπηρέτημα ὑπηρετεῖν τινί. Vide ad O. R. 259 ed. meae.

ΑΘΗΝΑ.

ἔγνων, Ὀδυσσεῦ, καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην
τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἦ καὶ, φίλη δέσποινα, πρὸς καιρὸν πονῶ;

ΑΘΗΝΑ.

ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ πρὸς τί δυςλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χερί;

ΑΘΗΝΑ.

χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων.

V. 40. χερί scripsi ex coniectura Ruhnkenii, Ep. Crit. I. 33. proposita. Libri χέρα, quod cur scribi a Sophocle non potuisse

V. 36 sq. καὶ πάλαι etc.] Constructio est: καὶ πάλαι εἰς ὁδὸν ἔβην, φύλαξ πρόθυμος τῇ σῇ κυνηγίᾳ. Neuius de forma κυνηγίᾳ conferri iubet Elmsl. et Herm. ad Eur. Bacch. 339. (336. Herm.).

V. 38. δέσποινα] Neuius confert v. 105. El. 626. et Valck. ad Eur. Hipp. 88.

V. 39. ὡς] Referenda haec particula, nam significans, ad suppressam sententiam, πρὸς καιρὸν πονεῖς. Vide Matth. §. 628. 5.

V. 40. Schol.: καὶ πρός τι δυςλόγιστον· ἐπύθετο πρῶτον, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ δράσας· εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν πυνθάνεται· τὸ δὲ δυςλόγιστον ὅμοιον τῷ πρᾶγος ἄσκοπον. ἀγνοεῖ γὰρ ἔτι τὴν μανίαν. De verbis πρὸς τί vide Matth. §. 591. β. Iungendum autem adiectivum δυςλόγιστον cum τί pronomine, ita ut sensus hic sit: inexputabile est, quo consilio etc. Vide quae in cens. ed. Lob. sec. dixi.

V. 41. τῶν Ἀχ. ὅπλων] Id est propter denegata sibi arma Achillea. Sic Pindarus Nem. VII, 36 οὗ κεν ὅπλων χολωθεὶς ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος. Adde Hom. Il. α, 93 οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης. Eur. Hippol. 1402 τιμῆς ἐμέμφθη. Phoen. 1668 καὶ τῷ τάφῳ νῦν τὴν δίκην παρασχέτω, ubi recte Schol. τῷ τάφῳ explicat: τοῦ τάφου μὴ τυχεῖν. Med. 963. ed. Pors. τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγὰς ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ', οὐ χρυσοῦ μόνον. ad quem locum recte Schaeferus: exspectes, inquit, contrarium fugae, veniam manendi. Xenoph. Anab. V, 8, 1 Φιλήσιος μὲν ὦφλε καὶ Ξανθικλῆς τῆς φυλακῆς τῶν γαυλικῶν χρημάτων τὸ μείωμα εἴκοσι μνᾶς. i. e. Philesius et Xanthicles propter neglectam custodiam mercium navalium viginti mi-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν;

ΑΘΗΝΑ.

δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν;

ΑΘΗΝΑ.

κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ποίαισι τόλμαις ταῖςδε καὶ φρενῶν θράσει;

iudicem, in censura ed. Lob. sec. exposui.

V. 45. La. ἐξεπράξατ'. Hesychius: ἐξεπράξατο· ἐφόνευσεν.

nis mulctati sunt ad compensandas quae deminutae erant merces navales. Eodem modo Latini scriptores. Sic M. Tullius pro Cn. Plancio c. 25 omnes enim istiusmodi artes in iis reprehenduntur, i. e. absentia artium. Florus IV, 10, 8 non minor ex aqua clades. i. e. defecta aquae.

V. 42. τί δῆτα ποίμναις — βάσιν]. Neque Matth. §. 408. p. 745. neque Rost. §. 104. 3. not. 4. 2.) locutionem hanc aut recte explicarunt aut eum similibus locutionibus compararunt. Ut dicitur πήδημα πηδᾶν, πτώματα πεσεῖν, ἀνάστασιν στῆναι, et quae sunt similia, ita recte licuit dicere βάσιν βαίνειν. At quum de hostili in aliquem gressu ageret, maluit poeta significantius verbum ponere, quod praeter intransitivam illam eundi notionem etiam impetus istiusmodi significatum haberet. Cui rei accommodatissimum fuit verbum ἐπεμπίπτειν, ita ut τί — βάσιν hoc significet, cur vero in pecudes hunc quem fecit gressum hostilem (uno verbo impetum) fecit? Similiter dictum βάσιν ἐφίστασαι Trachin. 336 ed. meae et γονυπετεῖς ἕδρας προςπιτνῶ Eur. Phoen. 300. Pluribus de hac tota forma dicendi in cens. ed. Lob. sec. ad hunc locum exposui.

V. 43. ἐν ὑμῖν — φόνῳ] Confer v. 453 ὥςτ' ἐν τοιοῖςδε χεῖρας αἱμάξαι βοτοῖς.

V. 44. ὡς ἐπ'] De coniunctis his vocibus vide Matth. §. 628.

V. 46. ποίαισι τόλμαις] Interpretantur vulgo qua audacia. At nunquam, quod sciam, ad significandam unius hominis audaciam Graeci numero plurali illius vocabuli utuntur. Accedit, quod ea significatio ne satis quidem apta huic loco videtur, sequentibus verbis καὶ φρενῶν θράσει. Itaque explico machinationes.

ΑΘΗΝΑ.
νύκτωρ ἐφ' ὑμᾶς δόλιος ὁρμᾶται μόνος.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ἦ καὶ παρέστη κἀπὶ τέρμ' ἀφίκετο;
ΑΘΗΝΑ.
καὶ δὴ 'πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;

V. 38. ἄλλοσ' ex mea coni. scripsi. Inepte libri ἄλλοτ'. Tum ἐμπίτνων restitui cum Dindorfio. Vulgo ἐμπιτνῶν. Cod. Γ. et

Nunc apte respondet Minerva, νύκτωρ — μόνος, insidiis nocturnis usum esse Aiacem dicens. De significatione ista voc. τόλμαι satis est adscripsisse Trach. 582 κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγὼ μήτ' ἐκμάθοιμι, τάς τε τολμώσας στυγῶ. Eur. Hipp. 414 μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις, λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας. Ion 1216 καὶ κατεῖπ' ἀναγκασθεὶς μόγις τόλμας Κρεούσης.

V. 48. Schol.: παρέστη· ἐπλησίασεν ἡμῖν. κἀπὶ τέρμα· τῆς ὁδοῦ.

V. 49. καὶ δὴ etc.] De καὶ δὴ particulis ad El. 310 ed. meae monitum est. Schol.: στρατηγίσιν πύλαις· ταῖς τῶν σκηνῶν πύλαις. Adverte locutionem δισσαῖς στρατ. πύλαις, hoc significantem: geminorum imperatorum portis. Simillime v. 71. dictum τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας. v. 55 πολύκερων φόνον, quocum comparandum Aesch. Spt. c. Th. 44 ταύρειος φόνος. Eur. Iph. T. 72 Ἕλλην φόνος. Bacch. 795 φόνον θῆλυν, caedem mulierum. Hel. 1598 ταυρείου φόνου. ib. 1607 ταυρείῳ σφαγῇ. porro huius fab. v. 64. εὔκερων ἄγραν. v. 309 ἀρνείου φόνου. El. 1428 μητρῷον λῆμα. Ant. 1272 ed. m. γυναικεῖον μόρον. Alia multa attulit Matth. §. 446. not. 3. c.

V. 51. Schol.: τὸ ἑξῆς· ἐγώ σφ' ἀπείργω τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς. Nomine χαρὰ significatur voluptas sive desiderium occidendorum Atridarum. De adi. ἀνήκεστος vide El. 871 ed. meae. De verbis δυςφόρους — βαλοῦσα recte monuit Scholiastes: καλῶς εἶπεν γνώμας· οὐ γὰρ κλέψαι φησὶ τὴν ὄψιν ὥςτε μὴ ὁρᾶν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῇ γνώμην δύςφορον ἐπιβαλεῖν, ὡς οἴεσθαι ἰδεῖν τὰ μὴ ὄντα· τοῦτο δὲ οὐ τῶν ὀφθαλμῶν ἁμάρτημα, ἀλλὰ πολὺ πρότερον τῆς διανοίας. Lobeckius, γνῶμαι sunt, inquit, ludibria oculorum, quibus dea Aiacem a proposito itinere deflectebat. Celsus L. IV. c. 8 quidam imaginibus falluntur, qualem insanientem Aiacem vel Orestem poetarum fabulae ferunt. Δόξας vocat Aeschylus Choeph. 1044. quas a mentis alienatione seiunctas esse posse vel ex Eur. Hel. 583 ἡ γὰρ φρονῶ μὲν εὖ, τὸ δ' ὄμμα μου νοσεῖ, intelligitur. — Cfr. 439 sq. et 687 ed. meae. Adiectivum δυςφόρους idem hic atque παραφόρους significare videtur.

V. 53. πρός τε π. ἐκτρέπω] De τὲ particulae collocatione ad O. C. 33. monitum

ΑΘΗΝΑ.

ἐγώ σφ' ἀπείργω δυςφόρους ἐπ' ὄμμασι
γνώμας βαλοῦσα τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς,
καὶ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω σύμμικτά τε
λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα·
ἔνθ' εἰςπεσὼν ἔκειρε πολύκερων φόνον,
κύκλῳ ῥαχίζων, κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε
δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων,

Mosq. b. ἐμπίπτων, Dresd. b. ἐμπιτνῶν, litteris πτ suprascriptis, La. ἐμπίπτων, supra notata terminatione τνῶν.

est; de ἐκτρέπω vide El. 615 ed. meae.

V. 53 sq. σύμμικτά τε — φρουρήματα] Nihil offensionis est in coniunctis duobus genitivis, quorum alter activam, alter passivam significationem habeat, ex uno substantivo φρουρήματα aptis. Ita Thucyd. III, 115 τὴν τοῦ Λάχητος τῶν νεῶν ἀρχήν. Alia exempla attulerunt Matth. §. 380. not. 1. Bernhardy Synt. p. 162. Nihilominus, nisi quid turbatum est, insolenter hoc loco poeta dixisse existimandus est. Nam vel ex illo, quod ex Thucydide attuli, exemplo apparet λείας φρουρήματα βουκόλων hoc significare debere: bubulcorum in custodienda praeda curam. Atqui non de cura bubulcorum, sed de armentis a pastoribus custoditis hic agi manifestum est. Neque tamen video, quomodo expedienda ista difficultas sit. Lobeckii enim rationem probari non posse in censura ed eius sec. mihi ostendisse videor. — De adiectivis σύμμ. et ἄδ. cum nomine φρουρήματα iunctis, quum deberent cum substantivo λείας coniungi, vide ad v. 7. notata. Dicuntur autem armenta illa, quae praedati erant Graeci, σύμμικτα, ut videtur, quod in eodem cum gregibus loco versabantur, ἄδαστα autem, quod nondum distributa ducibus exercitus erant. Schol.: σύμμικτά τε βουκόλων φρουρήματα· περιφραστικῶς σύμμικτα βουκόλια.

V. 55. Schol.: ἔκειρε· ἤτοι ἀντὶ τοῦ κείρων ἐποίει. Schol. rec.: ἀντὶ τοῦ κείρων ἐποίησε φόνον πολλῶν κεραςφόρων ζώων. De locutione κείρειν φόνον in censura ed. Lob. sec. ad v. 42., de adiectivo πολύκερων, pro quo genitivum substantivi exspectaveris, ad v. 49. dictum est. Neque vero πολύκερων φόνον hoc tantum significat: caedem pecorum cornigerum, sed, ut recte Schol. rec. interpretatus est, φόνον πολλῶν κεραςφόρων ζώων. Vide quae ad O. C. 17. Ant. 146 sq. Trach. 747. et in censura ed. Lob. sec. adnotavimus.

V. 56. Schol.: κύκλῳ ῥαχίζων· κατὰ πάντα τόπον τῆς ἐπαύλεως σφάζων καὶ διακόπτων, διὰ τὸ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην διακοπὴν κατὰ ῥάχιν γίνεσθαι.

V. 57. ἔχων] Potuit hoc salvo sensu omitti; sed vide Matth. §. 557. not. 2.

ὅτ' ἄλλοσ' ἄλλον ἐμπίτνων στρατηλατῶν.
ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
ὤτρυνον, εἰςέβαλλον εἰς ἔριν κακήν.
κἄπειτ', ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου,
τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν,
ποίμνας τε πάσας ἐς δόμους κομίζεται,
ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων.
καὶ νῦν κατ' οἴκους ξυνδέτους αἰκίζεται.
δείξω δὲ καὶ σοὶ τήνδε περιφανῆ νόσον,
ὡς πᾶσιν Ἀργείοισιν εἰςιδὼν θροῇς.
θαρσῶν δὲ μίμνε, μηδὲ συμφορὰν δέχου,

V. 60. ἔριν κακήν ex Hermanni et Lobeckii coni. scripsi. Libri ἔρκη κακά. Scholiastes: γρ. ἐρινὺν κακήν. Scriptura vulgata ineptissima mihi videtur.

V. 58. ὅτ' — στρατηλατῶν] Verba sic iungenda: ὅτ' ἄλλοσε ἐμπίτνων ἄλλον στρατηλατῶν scil. ἐδόκει κτείνειν. De verborum ordine vide v. 685 sq. 723 sq. et quae ad O. C. 1223. ed. m. exempla similia allata sunt, de particulis ἔσθ' ὅτε — ὁτὲ Hermann. ad Vig. p. 792.

V. 59 sq. Schol.: ἐγὼ δὲ φοιτῶντα· ἤτοι μαινόμενον. φοῖτος γὰρ ἡ μανία· ἢ περιερχόμενον ἐν τοῖς ποιμνίοις διὰ τὴν μανίαν· λέγει γὰρ μανιάσι νόσοις. ἢ ἀναστρεφόμενον ἐν τῇ μανίᾳ. [Εἰς τὸ αὐτό.] μεθ' ὁρμῆς μεμηνότα. Iungenda videntur verba φοιτῶντα μαν. νόσοις. Similiter dixit Euripides Bacch. 997 μανείσᾳ πραπίδι παρακόπῳ τε λήματι στέλλεται, significans ruere, furere. Cfr. O. R. 1255. Deinde εἰς ἔριν κακήν est in certamen turpissimum. Cfr. v. 366 ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας.

V. 60. ὤτρυνον, εἰςέβ.] Idem asyndeton El. 719 ἤριζον, εἰςέβαλλον ἱππικαὶ πνοαί, nisi utroque loco ὥς τ' ἔβαλλον scribendum est.

V. 63. κομίζεται] Sic Eur. Hel. 579 ἣν ἄντρα κεύθει κἀκ Φρυγῶν κομίζομαι.

V. 66. Schol.: δείξω δὲ καὶ σοί· πιθανὴ ἡ παρείςοδος τοῦ Αἴαντος· οὕτω γὰρ μεῖζον γίνεται τὸ πάθος τῆς τραγῳδίας, τῶν θεατῶν νῦν μὲν παραφρονοῦντα, ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἔμφρονα θεωμένων· καὶ ἵνα ἰδὼν ὁ Ὀδυσσεὺς ἐξείπῃ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν· οὕτω δὲ καὶ ἡ εὔνοια τῆς Ἀθηνᾶς ἐνδείκνυται εἰς Ὀδυσσέα.

V. 68 sq. μηδὲ — τὸν ἄνδρ'] Hermannus cum Brunckio: neque infortunium tibi puta hunc virum fore. Rectius alii iungunt μίμνε τὸν ἄνδρα. Sic 844 γεύεσθε, μὴ φείδεσθε, πανδήμου στρατοῦ. et v. 1379 καὶ ξυμπονεῖν καὶ μηδὲν ἐλλείπειν, ὅσον etc. Vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 475 sq. exposuimus. Musgravius adscripsit Aristoph. Eccles. 512 μὴ ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα. Eur. Or.

τὸν ἄνδρ'. ἐγὼ γὰρ ὀμμάτων ἀποστρόφους
αὐγὰς ἀπείρξω σὴν πρόσοψιν εἰσιδεῖν.
οὗτος, σὲ τὸν τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας
δεσμοῖς ἀπευθύνοντα, προσμολεῖν καλῶ·
Αἴαντα φωνῶ· στεῖχε δωμάτων πάρος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί δρᾷς, Ἀθάνα; μηδαμῶς σφ' ἔξω κάλει.

ΑΘΗΝΑ.

οὐ σῖγ' ἀνέξει, μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;

V. 65. Hermannus cum edd. vett. et codd. Aug. b. c. Lips. a. b. συνδέτους.

139 ἀλλ' ἐμοὶ τόνδ' ἐξεγεῖραι ξυμφορὰ γενήσεται.

V. 69 sq. ἀποστρόφους — ἀπείρξω] Pro ἀπείρξω exspectaverit quis ποιήσω: sed ita solent tragici. Vide Advers. mea in Philoct. p. 51 sq. Sic huius fab. 1019.

V. 71. οὗτος] Vide Matth. §. 312. 1.

V. 72. Schol.: ἀπευθύνοντα· τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα. ἐπιβαλόντα μετὰ εὐθύνης. Immo χέρας δεσμοῖς ἀπευθύνειν nihil videtur nisi regere, i. e. adstringere manus vinculis significare. Neuius interpretatur retorquere coll. O. R. 1154. Cfr. v. 542.

V. 73. Αἴαντα φωνῶ] Solent ita Graeci non raro dicere, sic ut idem sit atque καλῶ σέ, ὦ Αἴαν. Sic infra v. 831 καλῶ δ' ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν etc. quod est: te invoco, Mercuri. Ibid. 835 sqq. καλῶ δ' — σεμνὰς Ἐρινῦς etc. ubi v. 843. pergit, ἴτ', ὦ ταχεῖαι — Ἐρινύες. v. 857 καὶ τὸν διφρευτὴν Ἅλιον προσεννέπω. 862 καὶ τὰ Τρωϊκὰ πεδία προσαυδῶ. Trach. 227 sq. χαίρειν δὲ τὸν κήρυκα προὐννέπω, χρόνῳ πολλῷ φανέντα, χαρτὸν εἴ τι καὶ φέρεις, ubi fuerunt, qui ignorantes hanc loquendi consuetudinem adeo φέρει pro φέρεις legendum putarent, id quod statui non posse ex sequentibus apparet. Hinc non mirum est in appellatione saepe vocativum et nominativum consociari, ut huius fab. 861 ὦ κλειναὶ Ἀθῆναι καὶ τὸ σύντροφον γένος. quod est χαίρετε, ὦ Ἀθῆναι, καὶ χαιρέτω τὸ σύντροφον γένος. Adde Phil. 530. 867. 986.

V. 75. οὐ σῖγ' etc.] Neuius: „οὐ vocula communis est membris ambobus, unde in altero cogitatur καὶ οὐ μή. Vide Matth. §. 498. c. §. 517. not. 2.“ Ego de hac locutione dixi ad O. R. 618 sq. — Sensus est: non silebis ac cavebis, ne timiditatem animo concipias? De locutione δειλίαν αἴρειν ad v. 120. dictum est.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μὴ πρὸς θεῶν, ἀλλ' ἔνδον ἀρκείτω μένων.

ΑΘΗΝΑ.

τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐχθρός γε τῷδε τἀνδρὶ καὶ τανῦν ἔτι.

ΑΘΗΝΑ.

οὔκουν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐν δόμοις μένειν.

ΑΘΗΝΑ.

μεμηνότ' ἄνδρα περιφανῶς ὀκνεῖς ἰδεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ.

V. 80. ἐν δόμοις recte Aldus cum plerisque codicibus. Cum paucis Hermannus ἐς δόμους scripsit.

V. 76. Schol.: μὴ πρὸς θεῶν· παραιτεῖται Ὀδυσσεύς, οὐχ ὡς κωμῳδοῦντος τοῦ ποιητοῦ δειλίαν τοῦ ἥρωος, οὕτω γὰρ ἀφαιρεθείη τῆς τραγῳδίας τὸ ἀξίωμα· ἀλλὰ τὸ εὐλαβὲς ἐνδείκνυται. ἔμφρονος γὰρ ἦν τὸ τῷ μεμηνότι παραχωρεῖν· ὅρα γάρ, οἷον ἦν προσελθόντα ἐκεῖνον θεάσασθαι τὸν ἐχθρόν. Vel sponte intelligitur ad μὴ πρὸς θεῶν supplendum esse ἔξω κάλει αὐτόν. De locutione ἀρκείτω μένων vide Matth. §. 297. p. 595.

V. 77. Schol.: τί μὴ γένηται· μή τι γένηται φοβῇ; οὐχ ὁ αὐτὸς ἦν καὶ πρότερον ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲν ὑμᾶς εἰργάσατο κακόν, ἡμῶν ἐπιμελουμένων. Hoc dicit Minerva: num antea non fuit vir fortissimus? i. e. antea quoque fuit vir fortissimus. Quibus verbis hoc significat: quem antea non formidasti, quamvis esset vir fortissimus, ne nunc quidem formidare te convenit. De voc. ἀνὴρ usu vide ad O. C. 389 ed. meae. De ordine verborum τί μὴ γένηται, confer El. 1276 τί μὴ ποιήσω; similia attulit Matth. §. 488. 12.

V. 78. Schol.: τῷδε τἀνδρί· δεικτικῶς ἀντὶ τοῦ ἐμοί, τῷ Ὀδυσσεῖ. Cfr. Matth. §. 470. 9 Rost. §. 99. 6. d). Sensus hic est: et infensus quidem mihi etiamnunc i. e. a quo

ΑΘΗΝΑ.

ἀλλ' οἶδε νῦν σε μὴ παρόντ' ἴδῃ πέλας.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πῶς, εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ;

ΑΘΗΝΑ.

ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

γένοιτο μεντἂν πᾶν, θεοῦ τεχνωμένου.

ΑΘΗΝΑ.

σίγα νυν ἑστὼς καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μένοιμ' ἄν· ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν.

ΑΘΗΝΑ.

ὦ οὗτος, Αἴας, δεύτερόν σε προςκαλῶ.
τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπει τῆς ξυμμάχου;

V. 89. Hermannus cum aliquot codd. Αἴαν scripsit.

antea mihi cavi, ut ab adversario fortissimo, ab eo nunc quoque mihi cavendum puto, ut ab adversario fortissimo. De γὲ particula cfr. O. C. 475 ed. meae.

V. 79. γέλως — γελᾶν] i. e. ἥδιστόν ἐστιν εἰς ἐχθροὺς γελᾶν; Simillima exempla attulit Matth. §. 309. p. 612.

V. 80. Schol.: ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ· μέτριον διεφυλάχθη τὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἦθος, διὰ τὸ μὴ ἐντρυφᾶν τοῖς κακοῖς.

V. 82. φρονοῦντα etc.] De locutione ἐκστῆναί τινα, vitare aliquem, vide Matth. §. 393. Rost. §. 104. b).

V. 85. ἐγὼ σκοτώσω — δεδορκότα] Simillime O. R. 408. ed. meae: σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις, ubi vide notam. Cfr. v. 69 sq.

V. 88. μένοιμ' ἄν· ἤθελον δ' ἄν] Manebo; vellem autem etc. Cfr. Matth. §. 515. β. et §. 509.

V. 89. ὦ οὗτος, Αἴας] Cfr. 482. 525. 1269. et O. C. 1627. ὦ οὗτος, οὗτος, Οἰδίπους. Matth. §. 312. 1.

V. 90. τί βαιὸν etc.] Eustathius p. 610. 9. ἐντεῦθεν λαβὼν Σοφοκλῆς βαιὸν ἐντρέπεσθαι λέγει τὸ οὐδ' ὅλως ἐπιστρέφεσθαι.

ΑΙΑΣ.

ὦ χαῖρ', Ἀθάνα, χαῖρε, Διογενὲς τέκνον,
ὡς εὖ παρέστης· καί σε παγχρύσοις ἐγὼ
στέψω λαφύροις τῆςδε τῆς ἄγρας χάριν.

ΑΘΗΝΑ.

καλῶς ἔλεξας. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι φράσον,
ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ;

ΑΙΑΣ.

κόμπος πάρεστι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

ΑΘΗΝΑ.

ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔμαξας χέρα;

ΑΙΑΣ.

ὥςτ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

ΑΘΗΝΑ.

τεθνᾶσιν ἄνδρες, ὡς τὸ σὸν ξυνῆκ' ἐγώ.

V. 97. ᾔμαξας ex coniectura Musgravi scripsi. Libri inepte ᾔχμασας. Vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 40. dixi.

V. 91. Schol.: ὦ χαῖρ' Ἀθάνα· ἐπέγνω μὲν τὴν Ἀθηνᾶν· τὰ δὲ ἑξῆς τοῦ παραπαίοντος· οὕτω γὰρ ἂν προκόψειεν ἡ ὑπόθεσις· οὐ παντελῶς δὲ ἀπώλετο αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικόν· ἀλλ' ἡ μανία γέγονε περὶ τὸ λογιστικόν· ἐμέμνητο μὲν γὰρ ὡς ἐχθροὺς ἀνελών, περὶ τὸ πρόσωπον δὲ ἐσφάλλετο, ὅτι ποίμνια ἀνεῖλεν, καὶ διελογίζετο ἄνδρας ἀνῃρηκέναι.

V. 94. καλῶς ἔλεξας] Similiter dictum atque Philoct. 871. ed. meae αἰνῶ τόδε, ubi vide notam.

V. 95. ἔγχος] Gladium. Vide ad Ant. 215. ed. meae et Eustathii verba, ad v. 639. ed. meae allata.

V. 96. κοὐκ — τὸ μή] Sic Ant. 441 ed. meae καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή, ubi vide notam.

V. 97. ᾔμαξας χέρα] Simillime dictum atque ante v. 95. ἔβαψας ἔγχος.

V. 98. ὥςτ' οὔποτ' etc.] i. e. τοσοῦτον ᾔμαξα χέρας ὥςτε etc.

V. 99. τὸ σόν] sermonem tuum. Sic 1401 ἐπαινέσας τὸ σόν.

V. 100. Schol.: τἀμά· καλῶς τὰ ἐμὰ ἔφη, οὐχ ἃ δεῖ με λαβεῖν, ὡς ἰδίων ἀπεστερημένος. — [Εἰς τὸ αὐτό.] τὰ ἀνήκοντα ἐμοί. De acerbitate dicti, θανόντες ἀφαιρείσθων, vide ad Ant. 310. ed. meae.

V. 101. sq. τί γὰρ — ἕστηκεν] Eadem orationis forma v. 983 sq. Philoct. 421 sq. τί δ' ὃς παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος σ'

ΑΙΑΣ.

θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα.

ΑΘΗΝΑ.

εἶεν· τί γὰρ δὴ παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου,
ποῦ σοι τύχης ἕστηκεν; ἢ πέφευγέ σε;

ΑΙΑΣ.

ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ', ὅπου;

ΑΘΗΝΑ.

ἔγωγ'· Ὀδυσσέα, τὸν σὸν ἐνστάτην, λέγω.

ΑΙΑΣ.

ἥδιστος, ὦ δέσποινα, δεσμώτης ἔσω
θακεῖ· θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔτι πω θέλω.

ΑΘΗΝΑ.

πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τί κερδάνῃς πλέον;

V. 99. Libri ἄνδρες.

ἐμός, Νέστωρ ὁ Πύλιος, ἔστιν; Trach. 836 ed. m. τί δ', ἀντὶ τοῦ με τήνδ' ἐφίστασαι βάσιν; De locutione παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου confert Neuius Reiz. de incl. acc. p. 77. Ant. 1181. δάμαρτα τὴν Κρέοντος. Trach. 1048. ἄκοιτις ἡ Διός. — De εἶεν ad O. C. 1303 ed. m. dictum est, de usu verbi στῆναι ad huius fab. v. 198.

V. 103. Schol.: τοὐπίτριπτον κίναδος· τὸ ἐξῶλες θηρίον, κίναδος γὰρ ἡ ἀλώπηξ· πάνυ δὲ κατατρέχει τοῦ Ὀδυσσέως, ὡς ἐχθίστου. Rectius alii ἐπίτριπτον explicant versutum, collatis vocabulis τρίμμα, περίτριμμα, ἐπίτριμμα, et appositis verbis Andoc. de myst. p. 49.: ὦ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον κίναδος. Cfr. Osann. diss. de Ai. p. 100 sqq.

V. 104. ἔγωγ'] profecto. Sic. 1347. Trach. 1248. et alibi saepissime. Similiter in negatione οὐ δῆτ' ἔγωγε dicitur, ut O. R. 1161. Trach. 1208. Phil. 735. Tum Scholiastes; τὸν σὸν ἐνστάτην· ἤτοι κατὰ πάντα ἐνιστάμενόν σοι, ἢ ἰδικῶς ἐπὶ τῆς κρίσεως μόνον, οἷον τὸν ἀντίδικον. κυρίως δὲ ἐνστάτης, ὁ ἐν τῇ ὁδῷ ἀντιστήκων τινί, ὡς εἰ λέγοι τις τὸν Οἰδίποδα τοῦ Λαΐου ἐνστάτην γεγενημένον. [Εἰς τὸ αὐτό.] ἐχθρόν, ἀντίπαλον. Etymol. M. p. 625, 24. παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ, τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω ἀντὶ τοῦ ἀντιστάτην. Nomen Ὀδυσσέα trisyllabum est; vide Matth. §. 83. not. 3.

V. 105. Schol.: ἥδιστος· καθ' ἡδονήν μοι.

V. 107. κερδάνῃς] Vide Matth. §. 185. Lobeck. ad Phryn. p. 24 sqq. De postposito pronomine interrogativo vide Matth. §. 488. 12.

ΑΙΑΣ.

πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης

ΑΘΗΝΑ.

τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν;

ΑΙΑΣ.

μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

ΑΘΗΝΑ.

μὴ δῆτα τὸν δύστηνον ὧδέ γ' αἰκίσῃ.

ΑΙΑΣ.

χαίρειν, Ἀθάνα, τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι·
κεῖνος δὲ τίσει τήνδε κοὐκ ἄλλην δίκην.

ΑΘΗΝΑ.

σὺ δ' οὖν, ἐπειδὴ τέρψις ἥδε σοι τὸ δρᾶν,
χρῶ χειρί, φείδου μηδὲν ὧνπερ ἐννοεῖς.

V. 129. ἄρῃ restitui ex La. Ven. Θ. Mosq. a. Aug. c. Lips.

V. 108 — 110. πρὶν ἂν — φοινιχθεὶς θάνῃ] Haerere quis possit in dictione θανεῖν οὔτι πω θέλω, πρὶν ἂν — θάνῃ. At sunt ea verba hoc sensu dicta: nolo eum ante mori, quam flagello terga eius ita cruentavero, ut ea ipsa re mortem consequatur. Sic Philoct. 1329 sqq. καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μήποτ' ἐντυχεῖν νόσου βαρείας, — πρὶν ἂν — τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν νόσου μαλαχθῇς τῆσδε.

V. 108. δεθεὶς — στέγης] κίονα ἑρκείου στέγης, ut Schol. ait, vel tibicinem significat, qui tecti trabem fulcit, τὸν τὴν ὀροφὴν ὑπερείδοντα κίονα Plut. Rom. c. 28. Pausan. VI, 9, 3., quem Aeschylus Ag. 897. ὑψηλῆς στέγης στῦλον ποδήρη vocat, vel quamlibet aliam columnam in aula tentorii positam. Is consuetus alligandis noxiis locus; προςδεθεὶς κίονι ἔλαβε πληγὰς πολλάς Artemid. I, 68. p. 114. δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν ἐμαστίγουν Aeschin. c. Tim. p. 83. eodemque modo Lysias Fr. XLV, 407. 4. Hyperides ap. Poll. III, 80. LOB. Idem de forma adi. ἑρκεῖος optime ad h. l. exposuit.

V. 110. Schol.: μάστιγι πρῶτον· ἐντεῦθεν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ δράματος· οὐ πρότερον φονεύω αὐτόν, πρὶν ἂν μαστίξω.

V. 112. χαίρειν — ἐφίεμαι] de ceteris, omnia, quae vis, fieri cupio; quod cum usitata amandandi formula χαίρειν σε κελεύω verbis congruit, sententia discrepat, quippe seiuncta ab aspernationis significatione, quae illi non nativa quidem, sed usu quodam arbitrio adiuncta est. LOB.

ΑΙΑΣ.

χωρῶ πρὸς ἔργον· τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι,
τοιάνδ' ἀεί μοι ξύμμαχον παρεστάναι.

ΑΘΗΝΑ.

ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχὺν, ὅση;
τούτου τίς ἄν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος,
ἢ δρᾶν ἀμείνων εὑρέθη τὰ καίρια;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδ'· ἐποικτείρω δέ νιν,
δύστηνον ἔμπας, καίπερ ὄντα δυςμενῆ,
ὁθούνεκ' ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ,
οὐδὲν τὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοὐμὸν σκοπῶν.
ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

ΑΘΗΝΑ.

τοιαῦτα τοίνυν εἰςορῶν ὑπέρκοπον
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος,
μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν', εἴ τινος πλέον

a. b. Hermannus cum Brunckio e ceteris codd. ἄρῃς rescripsit.

V. 114. τὸ δρᾶν] De articulo infinitivo praeposito bene exposuit Matth. §. 543. et ad Eur. Hipp. 49.

V. 115. χρῶ χειρί, φειδοῦ] Asyndeton in exhortatione. Adscripsit Neuius v. 811. 844. 988, Ant. 1037. Trach. 1255.

V. 116 sq. χωρῶ — παρεστάναι] His dictis in tentorium redit Aiax.

V. 119 sq. τίς ἄν — εὑρέθη] Quis repertus esset? Supple, si quaesitus esset. Cfr. Matth. §. 599. b. c. Rost. §. 121. 8. A. b. Adscripsit Neuius Ai. 411. 430. O. R. 117. Ant. 890. 502. Trach. 709. Phil. 443. 869.

V. 121 sq. ἐποικτείρω etc.] Recte Hermannus monuit, hoc dici: miseret me Aiacis, qui, ut sit inimicus, ut miser tamen, ideoque miseratione dignus est. Scholiastes: Ἴωνες ἔμπης φασίν, Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας καὶ ἔμπα.

V. 123. ἄτῃ συγκατέζευκται] Similis locutionis exempla attuli ad Ant. 1289.

V. 124. Schol.: ἢ τοὐμὸν σκοπῶν· οἷον, ἀφορῶν εἰς τὰ ἀνθρώπινα τὰ πάντων κοινά.

V. 127. Schol.: ὑπέρκοπον· ἀντὶ τοῦ ὑπέρκομπον. Quae praeterea ad hunc locum adnotavit Scholiastes, ea transscripsi in fab. Ai. not. 7.

V. 129. μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν'] Significationem sibi sumendi sive animo concipiendi habet utraque forma, et αἴρειν et αἴρεσθαι: activa v. 75. δειλίαν αἴρειν, Eur. Iph. A. 1598 θάρσος αἴρειν, Musaeus v. 243 ἄλγος ἀείρειν, media Diodor. XXXI. p. 127

ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.
ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
ἅπαντα τἀνθρώπεια· τοὺς δὲ σώφρονας
θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

ΧΟΡΟΣ.

Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου
Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου,

V. 130. Pauci codd. βάρει pro βάθει.

κένθος ἤρατο, Theocr. V, 20 ἄλγος ἀροίμην, Oppian. Cyn. II, 63 θῆρας ἀείρασθαι. LOB. Addo Trach. 80 τοῦτον ἄρας ἆθλον. ibid. 491 κοὔτοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαρούμεθα. Notentur hic simul duo alia verba, quorum activum pro usitatiore forma medii Sophocles usurpavit, φέρειν O. C. 6. O. R. 590. El. 1088., et ἐπιφημᾶν huius fab. 769.

V. 130. χειρὶ βρίθεις] Eustathius Il. A. p. 54.: χειρὶ βρίθεις ἀντὶ τοῦ δυνατὸς εἶ.

V. 134 — 171. Minerva ubi evanuit Ulixesque e scena discessit, advenit Chorus, ex nautis Salaminiis constans. Qui quum sibi persuadere non potuisset verum esse, quod Ulixes dissipasset, greges Graecorum, qui nocte praeterita occisi erant, Aiacem interfecisse, precatur eum, ut egressus e tentorio, istius rumoris invidiam ipse opprimat.

V. 134. Τελαμώνιε παῖ] Eodem modo Hom. Il. V. 67 Τελαμώνιον υἱόν. Soph. O. R. 267 τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε etc. Trach. 51 τὴν Ἡράκλειον ἕξοδον. 170 τῶν Ἡρακλείων πόνων. 576 φρενὸς τῆς Ἡρακλείας. El. 570 Λησφία κόρη. Cfr. Matth. §. 446. 10. Similiter Latini; veluti Ovid. Met. I, 473 Apollineas medullas. Virg. Aen. VII, 1 Aeneia nutrix. Vide etiam ad v. 49. notata.

V. 135. Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον] Brunckius: qui tenes Salaminis sedem. Rectius, opinor, ἔχων interpretabimur qui possides, et Σαλαμῖνος βάθρον Salamina eminentem sc. e mari. Cfr. 860 πατρῷον ἑστίας βάθρον. Philoct. 1000 ἕως ἂν ᾖ μοι γῆς τόδ' αἰπεινὸν βάθρον. Ant. 854 ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον, pro quo Aeschylus Ag. 383. dixit, λακτίσαντι μέγαν Δίκας βωμόν. Eur. Iph. Aul. 1283 Τροίας κλεινὸν βάθρον.

Ibid. ἀγχιάλου] Lobeckius Salamina ita dici putat, quod quasi πρόσγειος sit et tam prope a continente distet, ut ab altera tantum parte mare attingere videatur. Hermannus autem, quum eodem vocabulo ornentur Peparethus apud Hom. h. in Apoll. 32., Lemnus, Icaria, aliae insulae ap. Aeschyl. Pers. 861., non recusat, quin de urbe in hoc nomine cogitetur. Ego neutram rationem probo, sed, quod exemplis illis satis declarari mihi videtur, usu factum esse puto, ut adjectivum ἀγχίαλος significaret in mari situs. Similiter Ant. 953 ed. meae ἀγχίπολις dicitur Mars, ita ut sit ἔμπολις vel ἐγχώριος. Neque offensio est in coniunctis adiectivis ἀμφιρύτου et ἀγχιάλου, quibus ambobus hoc significatur, Sala-

σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω·
σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς ἢ ζαμενὴς
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,
μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι,
πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.
ὡς καὶ τῆς νῦν φθιμένης νυκτὸς
μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς

mina circum circa mari adlui.

V. 136. σὲ — ἐπιχαίρω] Diversus hic locus a ceteris omnibus est, in quibus χαίρειν cum accusativo participii coniunctum reperitur, cuiusmodi exempla attulit Matth. §. 414. 12. et §. 555. i. Neque enim illud potest Chorus dicere, quod alias χαίρω σε εὖ πράσσοντα significat, gaudeo, quod vales, sed hoc dicere debet, si vales, gaudeo, sive, quae Latinorum in hac re formula sollemnis est, si vales, bene est. Itaque genitivus potius participii requiritur, σοῦ μὲν εὖ πράσσοντος, ἐπιχαίρω. Sed, ut vere monet Lobeckius, quia, quae sequuntur, σὲ δ' ὅταν ζαμενὴς etc., sententiae summam continent, hic accusativus pronomen praecedens in sui similitudinem videtur traxisse.

V. 137. πληγὴ Διὸς] Confert Musgravius vs. 278 sq. Sophoclis Oilei fragm. apud Stobaeum Serm. 114, 6. p. 584, ὅταν δὲ δαίμων — μάστιγ' ἐρείσῃ. Hom. Il. V, 812 Διὸς μάστιγι. Scholiastes explicat nomine νόσος.

V. 138. ἐκ Δαναῶν] Vide quae ad Ant. 193. adnotata sunt. Κακόθρους explicat Scholiastes διαβόλος. Cfr. Ant. 500 ed. m. cum nota nostra.

V. 140. Schol.: πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας· ἐπεὶ περιδεὲς τὸ ζῶον, ὄμμα δὲ πελείας περιφραστικῶς ἡ πέλεια. Immo recte Lobeckius monuit cogitate Sophoclem ὄμμα πελείας posuisse, quod oculorum nictatione animi motum significari intelligeret. Cfr. O. C. 726 sq. ed. meae et Trach. 527. Idem Lobeckius ad defendendam locutionem πτηνῆς πελείας apte contulit Philoct. 289 ὑπόπτεροι πέλειαι. Epigrammat. T. IV. p. 258 πτηναὶ χῆνες. Aesch. Sept. c. Th. 1022 πετεινοὶ οἰωνοί.

V. 141. Schol.: ὡς καὶ — νυκτός· ὡς καὶ τῆς παρελθούσης νυκτὸς ἐν φόβῳ γεγόναμεν ἐπὶ τῇ σῇ δυςκλείᾳ. πιθανῶς δὲ οὐκ ἐλέγχει τὸν βασιλέα ὡς ἡμαρτηκότα, ἀλλὰ τὴν δυςπραξίαν προςέλαβεν ὡς ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης· πάνυ δὲ εὖνοι ὄντες ἀπιστοῦσι, καὶ ὑπολαμβάνουσιν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ συκοφαντεῖσθαι· ἐν δέει οὖν καθέστηκα, ὅταν ᾖ τι τοιοῦτο περὶ σέ.

V. 142 sq. μεγάλοι — δυςκλείᾳ] Oratio obliqua, σὲ τὸν ἱππομανῆ — σιδήρῳ, apta est ex notione dicendi sive vociferandi, quae inest in verbis μεγάλοι — ἡμᾶς, quorum sensus hic est: magnis tumultuantium clamoribus obruti sumus, quod idem est atque magna cum vociferatione nobis dictum est. Itaque μεγάλοι θόρυβοι ab eo quod v. 173. positum est, μεγάλα φάτις, eo tantum nomine differt, quod vociferationis vel tumultuationis notionem in-

ἐπὶ δυςκλείᾳ, σὲ τὸν ἱππομανῆ
λειμῶν' ἐπιβάντ' ὀλέσαι Δαναῶν
βοτὰ καὶ λείαν,
ἥπερ δορίληπτος ἔτ' ἦν λοιπή,
κτείνοντ' αἴθωνι σιδήρῳ.
τοιούςδε λόγους ψιθύρους πλάσσων
εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεύς,
καὶ σφόδρα πείθει. περὶ γὰρ σοῦ νῦν

V. 151. Hermannus cum aliquot codd. εὔπειστα.

cludit. Similis usus est verbi ῥοθεῖν Ant. 259. 290 et ἐπιῤῥοθεῖν, Trach. 264. Denique ἐπὶ δυςκλείᾳ iungendum cum substantivo θόρυβοι est, ita ut θόρυβοι ἐπὶ δυςκλείᾳ paene idem sit atque θόρυβοι δυςκλεεῖς. Cfr. Matth. §. 586. γ.

V. 143 sq. τὸν ἱππομανῆ λειμῶν'] Magna equorum armenta in vicinia Troiae fuisse multis veterum testimoniis probatur. Hom. Il. υ, 221. de Erichthonio Troiae rege: τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο θήλειαι. Quintus Cal. II, 486 πεδίον μέγα, ἱππόβοτόν τε ὅπποσον ἀμφὶ ῥοαῖς Σιμόεις καὶ Ξάνθος ἐέργει. Virg. Ge. III, 269. MUSG. De adiectivo ἱππομανῆ Brunckius, Musgravius et Wakefieldius conferunt πεδία ὑλομανοῦντα, θαλλομανοῦντα, et καρπομανῆ, quibus addi possunt verba χορτομανεῖν et χερσομανεῖν, vites triferae, quas ob id insanas vocant, Plin. XVI, 27. μάχλος ἄμπελος Aesch. fr. 405., eoque evincere student λειμῶνα ἱππομανῆ esse campum vel equis vel gramine luxuriantem. Posterius vehementer abhorret, prius Hermannus probavit; quanquam metaphora paulo audacior videtur, quia e campo equi non pullulant et exuberant ut ex agro et arbore frondes foliaque; neque facile quis campum Asium κυκνομανῆ dixerit. Nos Scholiastae, explicanti, ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται, accedimus, λειμῶνα ἱππομανῆ pratum significare equis pervulgatum, sive quod equi persultant et perfurunt, ut Virg. Ge. II, 407. virginibus bacchata Lacaenis Taygeta, quod verbum de feris montivagis usurpat Lucretius V, 822. animal omne quod in magnis bacchatur montibus passim; neque negabit quisquam, montes feris bacchatos ὄρη θηρομανῆ dici potuisse. Passivam significationem habent etiam θεομανής et ἡλιομανής, sed aliter temperatam. Thrace bello furiosa apud Horatium τὴν ἀρειμανῆ vel δοριμανῆ significare videtur intellectu activo. LOB.

V. 145. βοτὰ καὶ λείαν] Vocabulo βοτὰ idem significatur atque v. 42. nomine ποίμναις, i. e. omnes omnino pecudes, in quas Aiax irruit. Itaque quod appositionis loco a prosaico scriptore additum esset, λείαν, poeta maluit per καὶ copulam cum voc. βοτὰ coniungere. Similia exempla ad h. l. attulit Lobeckius.

V. 147. κτείνοντ' — αἴθωνι σιδήρῳ] Vel sponte apparet αἴθωνα dici σίδηρον propter nigrum colorem sive splendorem. Eodem sensu ca-

εὔπιστα λέγει, καὶ πᾶς ὁ κλύων
τοῦ λέξαντος χαίρει μᾶλλον
τοῖς σοῖς ἄχεσιν καθυβρίζων.
τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς
οὐκ ἂν ἁμάρτοι, κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ
τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι·
πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.
καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς

dem in re dictum est infra v. 230 sq. *συγκατάκτας κελαινοῖς ξίφεσιν βοτά*. Neque aliter accipiendum est quod idem poeta dixit Trach. 845 ed. m. *ἰὼ κελαινὰ λόγχα προμάχου δορός*, quod male interpretatus Scholiastes est, cuius adnotationem a me descriptam vide. Denique non dubito, quin, quo sensu hic *σίδηρος αἴθων* dictum est, eodem huius fab. 1025. *κνώδων* appellatus sit *αἰόλος*. Cfr. Trach. 94 *αἰόλα νύξ*.

V. 150 sq. Schol.: *εὔπιστα λέγει· ὅτι ἐν ἀτυχίᾳ καθέστηκας τῆς ἥττης χάριν· ἢ ἐπεὶ μέγας εἶ, εἶχες τὸν φθόνον συμπράττοντα.* Vera posterior interpretatio.

V. 151 sq. *καὶ πᾶς — καθυβρίζων*] Et quicunque audit, maiore cum voluptate quam is qui dixit tuis aerumnis insultat. De dativo vide Matth. §. 378. not. 3. §. 402. c. Rost. §. 105. annot. 2.

V. 154 sq. Schol.: *ἱεὶς· ἀφεὶς, τοξεύων. ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ τίς. κατὰ μὲν τῶν μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς τις οὐκ ἂν ἁμάρτοι, κατ' ἐμοῦ δὲ ἱεὶς τις οὐ πείθοι τὸν ἀκούοντα.* Verbum *ἵημι* cum genitivo coniunctum est, quod, ut recte vidit Scholiastes, idem fere atque *τοξεύω* significat, cuiusmodi verba cum genitivo coniungi tironibus notum est. Ipsum autem illud *τοξεύω* sive *ἵημι* non proprio, sed metaphorico sensu accipiendum hic esse patet, ita ut maledictis petere aliquem significet. Tum verba *οὐκ ἂν ἁμάρτοι*, quae proprie significant a scopo non aberret, quo sensu hic posita sint, poeta ipse explicat sequentibus *οὐκ ἂν πείθοι*. Simillime dixit Herodotus VII, 139 *νῦν δὲ Ἀθηναίους ἄν τις λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι:* Quo in loco permirum est neminem editorum vidisse, quod vulgo post *ἁμαρτάνοι* additur, *τὸ ἀληθές*, interpretis additamentum esse. De simillimo verbi *τυγχάνειν* usu ad Phil. 220 sq. diximus.

V. 155 sq. *Κατὰ δ' ἂν* etc.] De duplicata *ἂν* particula vide Rost. §. 120. not. 4.

V. 157. *τὸν ἔχονθ'*] *Οἱ ἔχοντες* dicuntur non solum divites, sed quicunque prae ceteris fortuna, arte, virtute, auctoritate eminent. Cfr. Valck. ad Eur. Phoen. 408. De sententia attulit Scholiastes Pindari Nem. VIII, 21 *ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖσιν· ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεί, χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.*

V. 158 — 161. *καίτοι — μικροτέρων*] Quod modo dixerat, plebem invidere principibus solere, id te-

σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται·
μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἄν,
καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων.
ἀλλ' οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους
τούτων γνώμας προδιδάσκειν.
ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν θορυβεῖ,
χἠμεῖς οὐδὲν σθένομεν πρὸς ταῦτ'
ἀπαλέξασθαι σοῦ χωρίς, ἄναξ.

V. 168. ἅπερ ego primus e lemmate Scholii restitui. Vulgo ἅτε. Horum utrum poeta scripserit, si quaeritur, non potest dubitari, quin ἅπερ posuerit. Vide notam exegeticam.

mere fieri iam probat eo, quod plebs sine principibus infirmum civitatis praesidium sit. Principum enim opera plebem optime conservari pariter atque principum salus in salute plebis consistat. Ceterum recte Musgravius: Vereor, inquit, ne poeta, qui optimatium partes secutus videtur, civium suorum levitatem et in principes civitatis procacitatem notare hic [v. 158 — 163.] voluerit. — Cfr. huius fab. 1044 sqq. ed. m. et vide quae ad O. R. 846. adnotavi.

V. 159. Schol.: σφαλερὸν ῥῦμα· ἀντὶ τοῦ ἀσθενὴς φυλακή. πύργου· πόλεως. Nomen πύργος eodem significatu hic positum est atque O. R. 56 sq. ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς ἔρημος, ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω. Quo loco quemadmodum arcem, in qua solus rex esset, nihil valere dixit, ita vicissim hic, in qua arce plebes sine principe sit, eam se tuituram esse negat. Qua imagine non dubium est quin eo consilio poeta usus sit, ut eam infirmam ac miseram esse civitatem diceret, in qua penes plebem summa rerum esset. De Lobeckii interpretatione in censura ed. eius sec. dixi.

V. 163. Schol.: τούτων· τῶν λεχθέντων. De verbo προδιδάσκειν cfr. Trach. 681 προὐδιδάξατο. Philoct. 1015 εὖ προὐδίδαξεν. et 538, προὔμαθον. Vide Stallbaum, ad Plat. Gorg. p. 154.

V. 164. ὑπὸ — θορυβεῖ] Insolens locutio θορυβοῦμαι ὑπό τινος, tumultus vel seditio ab aliquo in me excitatur.

V. 166. Schol.: ἀπαλέξασθαι· ἀντὶ τοῦ ἀντιτάξασθαι.

V. 167 — 171. ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ — ἄφωνοι] Factum hic, quod saepe faciunt Graeci et poetae et prosaici scriptores, ut, quo gravior sit exitus periodi, membrum causale praeponant. Nexus enim sensusque hic est: neque nos tantum valemus, ut sine te istorum voces coerceamus; sed tu si subito appareas, timidi isti obmutescant; nam (i. e. quum contra) ubi aspectum tuum effugerunt, petulanter vociferantur. Itaque ἀλλά particulam poeta referri voluit ad verba εἰ σὺ φανείης. Quam ob rem haerere quis possit in δὲ particula, post αἰγυπιὸν posita.

ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν,
παταγοῦσιν ἅπερ πτηνῶν ἀγέλαι·
μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες
τάχ' ἄν, ἐξαίφνης εἰ σὺ φανείης,
σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.

(στροφή.)

Ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις,

V. 169. δὲ particulam in libris omissam cum Brunckio Hermannus aliique adiecerunt.

V. 170. Hermannus sublato post τάχ' ἂν commate post ἐξαίφνης interpunxit.

Sed recte monuit Lobeckius eam, quod interpositum esset παταγοῦσι, ad redordiendum ἀλλὰ a poeta additam esse. Idem factum Trach. 552 sq. ἀλλ' οὐ γάρ, ὥσπερ εἶπον, ὀργαίνειν καλὸν γυναῖκα νοῦν ἔχουσαν· ᾗ δ' ἔχω, φίλαι, λυτήριον λύπημα, τῇδ' ὑμῖν φράσω. ubi ἀλλὰ particula ad membrum posterius spectat, ᾗ δ' ἔχω etc. Deinde vere Hermannus, magnam in ea re vim esse me admonuit, quod Aiax non comparetur per ὡς particulam cum magno vulture, sed ipse magnus vultur appelletur, μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες. Denique illud facile intelligitur, non opus fuisse, ut ad verba ἅπερ πτηνῶν ἀγέλαι poeta hoc adiungeret, μέγαν αἰγυπιὸν ἀποδρᾶσαι. Quod quum posset facere, tamen maiore cum vi vulturis mentionem in sequentibus iniecit.

V. 168. ἅπερ πτ. ἀγέλαι] Hesychius: ἅπερ· καθάπερ. Sic O. R. 176 ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προςίδοις, ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν. Aesch. Eum. 660 ᾗ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη ἔσωσεν ἔρνος.

V. 170 sq. τάχ' ἄν, ἐξαίφνης — ἄφωνοι] Apte comparavit Lobeckius Hippocratis Epist. ad Philop. T. I. p. 14 δμῶες — θορυβοῦντες καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως ἡ δέσποινα αὐτοῖς ἐπιστῇ, πτοηθέντες ἀφησυχάζουσιν. De verbis extremis σιγῇ — ἄφωνοι adscripsit idem Pindar. Pyth. IV, 101 σιωπᾷ ἔπταξαν ἄφωνοι. Notum est Homericum ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

V. 172 — 198. Summa totius loci haec est: Num forte Diana te, quod ingratus in eam fueris, in greges Graecorum immisit, an Enyalius tibi succensuit, ut in nocturnum te scelus illud ageret? Numquam enim tua sponte eo amentiae progressus es, ut in greges irrueres; a dis autem insania tibi immissa esse possit; sed utinam ne verum sit, quod perpetrasse diceris. Quod si est fictum, noli, o rex, in tentorio delitescens committere, ut in tantam invidiam vocere, mihique summus inferatur dolor, sed egressus inimicorum protervam frange petulantiam.

ὦ μεγάλα φάτις, ὦ μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς, ὤρ-
μασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας,
ἤ που τινὸς νίκας ἀκάρπωτον χάριν, ἤ ῥα κλυ-
τῶν ἐνάρων
ψευσθεῖσ', ἀδώροις εἴτ' ἐλαφηβολίαις,
ἢ χαλκοθώραξ σοί τιν' Ἐνυάλιος

V. 176. ἤ που scripsi cum Lobeckio. Vulgo ἦ που.
V. 178. ψευσθεῖσ' ἀδώροις cum Stephano Musgravius, Lobeckius, aliique restituerunt. Libri vitiose ψευσθεῖσα δώροις.
V. 179. σοί τιν' ex Reiskii coniectura scripsi, quum nihil,

V. 172. ἤ ῥα] Non affirmativo, sed interrogativo sensu positae hae particulae hic sunt. Sic Hom. Il. ε, 421. 762. η, 446. ι, 674.

Ibid. Ταυροπόλα — Ἄρτεμις] De Dianae sollemnibus fanaticis multis dixi in Aglaopham. p. 1089., imprimisque illam, quae Tauricae et Tauropolae cognomen habet, bacchantium ritu propitiatam esse demonstravi p. 290 sq.; unde apparet, cur ab ea potissimum hoc loco furoris causa repetatur. LOB. De terminatione Ταυροπόλα vide Lobeck. ad h. l. et Porson. praef. ad Eur. Hec. p. X. et ad Med. 822.; de genitivo Διὸς e nomine Ἄρτεμις apto ad O. C. 622. ed. meae monitum est.

V. 172. Schol.: ὦ μεγάλα φάτις· διὰ μέσου ἡ ἀναφώνησις· ὦ θαυμαστὴ φήμη, ἥτις ἐγέννησάς μοι ταύτην τὴν αἰσχύνην· κακὴ γὰρ φήμη ὑπῆρξε περὶ τοῦ Αἴαντος. Adiectivum μέγας apud tragicos saepe idem fere atque δεινὸς significare monet Erfurdtius coll. Aesch. Choeph. 479 μέγας μόρος. Ag. 1492 μέγας δαίμων. Pers. 903 μεγάλως δμαθέντες. De locutione μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς confer Philoct. 1360 οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν μήτηρ γένηται.

V. 175. Schol.: πανδήμους· τὰς παντὸς τοῦ δήμου.

V. 176. ἤ που] id est ἴσως, εἰκότως. Primum Chorus in Dianam suspicionem confert ἤ ῥά σε Ταυροπόλα — iraeque eius causam comminiscitur hanc, certe ob victoriam non remuneratam irata, sive ea victoria bellica fuit, sive venatoria. Itaque sequens ἤ ῥα suum et proprium locum obtinet in exordio enuntiati secundarii. LOB. Verba τινὸς — χάριν hoc proprie significant, ob non perceptum fructum alicuius victoriae. Recte Matthiaeus §. 576., quem vide, διὰ τὸ μὴ κεκαρπῶσθαι νίκην τινά. Qui χάριν accusativum esse putarunt aptum e verbo ψευσθεῖσα, ante omnia docere exemplis debebant fraudari aliqua re ita a Graecis dictum esse, ut ψεύδεσθαι cum accusativo substantivi rei coniungeretur. Ego quidem istiusmodi locutionis exemplum non novi. Nam quod Xenoph. An. II, 2, 13. dixit, τοῦτο μὲν οὐκ ἐψεύσθησαν, nihil huc pertinet.

V. 178. ἀδώροις εἴτ' ἐλαφ.] Recte Musgravius: ob cervos iaculo confixos nullo postea munere deae oblato. De dativo, qui

μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορὸς ἐννυχίοις
μαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν;

(ἀντιστροφή.)

οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερά,
παῖ Τελαμῶνος, ἔβας τόσσον ἐν ποίμναις πί-
τνων· ἥ-
κοι γὰρ ἂν θεία νόσος· ἀλλ' ἀπερύκοι

quod probabilius esset, in mentem veniret. Libri vitiose ἥ τιν'. Ceterum vide quae de hoc loco in censura ed. Lobeck. sec. exposui.

V. 183. πίτνων cum Dindorfio scripsi. Libri πιτνῶν.

referendus ad ὥρμασεν est, cfr. Matth. §. 397., de coniunctis ἤ et εἴτε particulis adscripsit Lobeckius Eur. Alc. 114 ἤ Λυκίας εἴτ' ἐπὶ τὰς Ἀμμωνιάδας ἕδρας. Iph. T. 273 εἴτε Διοσκόρων ἢ Νηρέως ἀγάλματα. Plat. Legg. IX, 862. D. εἴτε ἔργοις ἢ ἔργοις et alia. Vide Schaefer. Melett. critt. p. 5. Matth. §. 617.

V. 179 sqq. ἢ χαλκ. — λώβαν] An loricatus Enyalius tibi succensens propter sociam hastam (i. e. quod adiutus ab eo ingratus fueris) contumeliam hanc ultus est ita, ut in nocturnum illud scelus te ageret? De locutione μομφάν τινι ἔχειν confer Eur. Or. 1069 ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω. Phoen. 780 ὥστ' ἐμοὶ μομφὰς ἔχειν. Tum ξυνὸν δόρυ idem fere est atque συμμαχία. Similiter Eur. Andr. 525 δόρυ σύμμαχον.

V. 179. Ἐνυάλιος] Ipsum Martem hoc nomine non posse significatum esse ex eo apparet, quod deum istum Troianis favisse notum erat. Quanquam autem antiquissimis temporibus utroque nomine unus idemque deus significabatur, tamen postmodo singularis illa potestas Martis, quae nomine Ἐνυαλίου indicabatur, pro Deo singulari haberi colique coepta est. Ita Athenienses Enyalium ut deum a Marte diversum coluisse diserte tradit Schol. Ven. ad Il. XVII, 211., probaturque id testimonio Aristoph. Pac. v. 457 Ἄρει δὲ μή; — μή. — μηδ' Ἐνυαλίῳ γε; — μή. et iure iurando Epheborum Atticorum: ἵστορες θεοί, Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεύς, in quo quum singuli singulis nominibus nuncupentur di, recte Lobeckius monet Ἐνυάλιος non posse pro epitheto Martis haberi. Videtur autem nomine illo is deus significatus esse, qui proelium excitare tumultumque bellicum commovere putabatur. Hinc qui bello impetum facere incipiebant τῷ Ἐνυαλίῳ ἀλαλάζειν vel ἐλελίζειν solebant.

V. 182 sq. Schol.: ἀριστερά· τὰ μωρὰ οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν· δεξιὰ δὲ τὰ συνετά. Quod antecedit φρενόθεν est tuae mentis impulsu, interpretante Schol. recentiore, ἀπὸ οἰκείας γνώσεως. Tum de forma τόσσον vide Lobeckium ad hunc locum.

V. 185. ἥκοι γάρ etc.] Utroque membro οὔποτε — πίτνων et ἥκοι — νόσος redditur ratio sententiae in stropha positae; unde in utriusque initio

καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῖβος Ἀργείων φάτιν. εἰ
δ' ὑποβαλλόμενοι
κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλῆς,
ἢ τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς,
μή, μή μ', ἄναξ, ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις
ὄμμ' ἔχων κακὰν φάτιν ἄρῃ.

(ἐπῳδός.)

ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων, ὅπου μακραίωνι

V. 192. Vix dubitem, quin Sophocles *μακραίων* scripserit.
V. 195. Cum Hermanno scripsi *ἀτάρβητος*, quae scriptura in codd. nonnullis adnotata est. Vulgo *ἀτάρβητα*.

collocata *γὰρ* particula est, quanquam nos in posteriore membro particulam potius adversativam posuissemus. Sed ita solent nonnunquam Graeci loqui, veluti Aesch. Ag. 558 sqq. *τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προςῆν, πλέον στύγος· εὐναὶ γὰρ ἦσαν δηΐων πρὸς τείχεσιν· ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κἀπὸ γῆς λειμώνιαι δρόσοι κατεψέκαζον.*

Ibid. *θεία νόσος*] Idem fere haec verba significant atque 137 *πληγὴ Διός*. Vide etiam nos ad Philoct. 191.

V. 186. Schol.: *ὑποβαλλόμενοι· ὑποβλήτως λέγοντες, ἢ ἰδιοποιησάμενοι· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθῆ ταῦτα, ἀλλὰ πεπλασμένα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἢ Ὀδυσσέως.* Cfr. 481. O. C. 794.

V. 188. *κλέπτουσι μύθους*] Confert Neuius 1137. El. 37. Ant. 493. Trach. 437. Phil. 57., et de *κλέπτειν τινὰ* El. 56. Ant. 681. 1218. Trach. 243. Phil. 55. 968.

V. 189. *ἢ τᾶς — γενεᾶς*] Repete ex versu antecedente articulum *ὁ*, ita ut *ὁ τᾶς γενεᾶς* sit *ὁ τᾶς γενεᾶς ὤν*. Cfr. v. 200 ed. meae. De Sisypho pluribus ad hunc locum exposuit Scholiastes. Saepe autem Ulixi quod ortus ex eo esset, a tragicis obiectum est. Cfr. Philoct. 417. 625. ibique Schol. Eur. Iph. A. 514.

V. 190 sq. Schol.: *μή, μή μ' ἄναξ· τὸ πλῆρες· μή μή μοι.* Atque ita dativus ille ethicus huic loco accommodatus est, ut, quamvis aliud diphthongi illius elisae exemplum, quod certum sit, apud tragicos non repererim, tamen statuere malim Sophoclem hic epicam licentiam (cfr. Hom. Il. ξ, 165.) sibi indulsisse, quam contortas probare Hermanni et Matthiaei (cfr. Gr. Gr. §. 633. 7.) interpretationes, qui *μ'* accusativum esse putant.

Ibid. *ἐφάλοις κλ. ὄμμ' ἔχων*] desidens in tentoriis nauticis. Apte Lobeckius inter alia comparavit Horat. Od. III, 29, 5 sqq. eripe te morae; nec semper udum Tibur et Aesulae declive *comtempleris* arvum et Telegoni iuga parricidae. *ἐφάλοις κλισίαις* idem significat atque quod v. 3. posuit *σκηναῖς ναυτικαῖς*.

V. 192. *ἄνα*] *Ἄνα* pro *ἀνάστηθι* in iis vocibus est, quae etiam sequente vocali integrae pronuntiandae sunt, ideoque abiectionem ultimae vocalis adspernantur. HERM.

στηρίζει ποτὶ τᾷδ' ἀγωνίῳ σχολᾷ,
ἄταν οὐρανίαν φλέγων.
ἐχθρῶν δ' ὕβρις ὧδ' ἀτάρβητος
ὁρμᾶται ἐν εὐανέμοις βάσσαις,
πάντων καγχαζόντων γλώσσαις
βαρυάλγητ'· ἐμοὶ δ' ἄχος ἕστακεν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος,

V. 193. ποτὶ ex mea coni. scripsi. Libri inepte πότε.
V. 196. Aldus et plerique codd. ὁρμᾶτ', quod Hermanno ex ὁρμᾷ, quod Suidas et Zonaras habent, corruptum videtur. Hinc ὁρμᾷ recepit.

V. 192 sq. ὅπου — σχολᾷ] Recte Hermannus ἀγώνιον σχολὴν interpretatus est: a bellicis negotiis cessationem. Vide ad v. 49. Dicitur autem Aiax in cessatione illa, ut in studio alicuius rei, defixus esse. Id enim significat στηρίζεσθαι πρός τινι. Simillime dicitur γίγνεσθαι πρὸς τῷ σκοπεῖν, πρὸς τοῖς πράγμασιν. De forma epica ποτὶ confer Trach. 1214 ποτιψαύων. Tham. fr. 230 ed. Dind. ποτιμάστιον. et fragm. inc. 747. ed. Dind.

V. 194. ἄταν οὐρ. φλέγων] Calamitatem divinitus immissam augens. Quod ita Chorus dixit, ut de rumore illo ab Ulixe dissipato, tanquam de calamitate a dis orta, non de insania Aiaci immissa, de qua nihil dum certi sciret, cogitaret. Adiectivum οὐράνιον idem fere significat atque θεία v. 185. positum. Cfr. quae ad Ant. 416. ed. meae monita sunt. Scholiastes: τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεμφθεῖσαν ἄτην αὔξων.

V. 196. ἐν εὐαν. βάσσαις] Quidam interpretes pascua significari putant, inter montes sita, ubi Aiax pecudes occiderit. Probabilius alii metaphorice dicta putant. Quam interpretationem post illam, de qua dixi, iam Schol. commemoravit: ἢ ἐν εὐανέμοις βήσσαις, οἷον ἐν εὐδίᾳ καιρὸν ἔχοντες διαβάλλουσιν. [Εἰς τὸ αὐτό.] λείπει ὡς πῦρ· ὡς πῦρ ἐν εὐανέμοις βήσσαις. Adscripsit Neuius Il. ξ, 396. π, 765.

V. 198. ἕστακεν] Hesychius: ἕστακε· κεῖται. Cfr. v. 102. 924. 1047. 1057 ed. m. El. 50. et Dorvill. ad Charit. p. 505. ed. Lips.

V. 199 sqq. Schol.: ναὸς ἀρωγοί· ἔξεισι Τέκμησσα καὶ διδάσκει τὸν χορὸν, ὅτι Αἴας ἐστὶν ὁ σφάξας τὰ ποίμνια· πυνθάνεται δὲ παρὰ τοῦ χοροῦ, ὅτι Ἑλληνικὰ ἦν τὰ σφαγέντα· ἑκάτερος οὖν παρ' ἑκατέρου τὸ ἀγνοούμενον μανθάνει· ἡ δὲ Τέκμησσα αἰχμάλωτος γυνὴ τοῦ Αἴαντος· πιθανῶς δὲ ἔξεισιν· οὐ γὰρ ἐπὶ πολὺ δεῖ ἀπολοφύρεσθαι τὸν χορὸν, ἀλλὰ προκόπτειν τὰ τῆς ὑποθέσεως. Ἡ δὲ διάθεσις εὖ ἔχει τῷ ποιητῇ· ἐπεὶ γὰρ ἄπεστι Τεῦκρος, καὶ Εὐρυσάκης ἔτι νήπιος, Τέκμησσα κατολοφύρεται· οὐ γὰρ ἕτερον πρόσωπον γνήσιον τῷ Αἴαντι· αἱ δὲ τοιαῦται γυναῖκες ὑποτίθενται εὔνοιαν πρὸς τοὺς δεσπότας, ὡς Βρισηῒς πρὸς Ἀχιλλέα (Il. α, 348. τ, 295 sqq.).

γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν,
ἔχομεν στοναχὰς οἱ κηδόμενοι
τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου.
νῦν γὰρ ὁ δεινός, μέγας, ὠμοκρατὴς
Αἴας θολερῷ
κεῖται χειμῶνι νοσήσας.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἀμερίας
νὺξ ἤδε βάρος;
παῖ τοῦ Φρυγίου Τελεύταντος,
λέγ', ἐπεὶ σε λέχος δουριάλωτον
στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας·
ὥστ' οὐκ ἂν ἄϊδρις ὑπείποις.

V. 203. Libri ὁ μέγας, quod correxit post alios Hermannus.
V. 208. Brunckius ex paucis codicibus Τελλεύταντος scripsit, Hermannus ex Porsoni coniectura, εὐ Τελεύταντος.
V. 214. ἥμιν cum Hermanno scripsi. Libri ἡμῖν.
V. 220. ἔφηνας de meo dedi. Libri ἐδήλωσας, quae scriptura non dubium est quin ex interpretatione orta sit. Item ex mea

V. 200. γενεᾶς etc.] Notandum est hoc appositionis genus, ἀπὸ γενεᾶς χθ. Ἐρεχθειδᾶν. Scriptor enim prosaicus aut ὄντας participium aut οἱ articulum addidisset. Simillima ratio est v. 189. Tum adiectivum χθονίων significat αὐτοχθόνων. Vide ad O. C. 944 sq ed. meae. Schol.: γενεᾶς — Ἐρεχθειδᾶν· διὰ τὸ τὴν Σαλαμῖνα συνῆφθαι τῇ Ἀττικῇ, καὶ περισπούδαστον τοῖς Ἀθηναίοις αὐτὴν κτήσασθαι· πρὸς εὔνοιαν οὖν τῶν ἀκροωμένων τοῦτο φησίν. Cfr. 861. 1221. Strabo IX, 1. p. 394. de Salamine insula: καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον· τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς etc. Recte Bothius addit talem anachronismum scenicis poetis facile condonari. Ἐρεχθεῖδαι autem quomodo Athenienses appellentur, dixi ad O. R. 1.

V. 202. τοῦ — οἴκου] i. e. τοῦ Τελαμῶνος οἴκου τηλόθεν ὄντος. De nomine οἴκου vide ad Philoct. 179. ed meae.

V. 203. ὠμοκρατὴς] i. e. ὁ ἐν τοῖς ὤμοις κράτος ἔχων, quod idem est atque ὁ τοὺς ὤμους ἔχων κρατερούς, id est εὐρέας. Cfr. huius fab. 1232 ed. m. et Hom. Il. γ, 225 ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴν ἠδ' εὐρέας ὤμους.

V. 204 sq. Schol.: θολερῷ κεῖται· ἐν ταραχώδει ζάλῃ κεῖται, ὅ ἐστι μανίᾳ. De nomine χειμὼν vide ad Philoct. 1432 ed. meae.

V. 206 sq. τί δ' ἐνήλλακται etc.] Ad τῆς ἀμερίας supplendum esse ὥρας similiter atque ἡ πρωΐα et ἡ ἑωθινὴ dicatur, recte Musgravius monuit. Hermannus: „debebat dicere: τί τῆς ἡμερίας ὥρας ἡ νυκτερινὴ ἐνήλλακται, sed pro altero posuit νύξ. Perite monet Triclinius pro τίνα ἐναλλαγὴν ἐνήλλακται positum esse τί βάρος, i.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

πῶς δῆτα λέγω λόγον ἄῤῥητον;
θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει.
μανίᾳ γὰρ ἁλοὺς ἡμιν ὁ κλεινὸς
νύκτερος Αἴας ἀπελωβήθη.
τοιαῦτ' ἂν ἴδοις σκηνῆς ἔνδον
χειροδάϊκτα σφάγι' αἱμοβαφῆ,
κείνου χρηστήρια τἀνδρός.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

οἵαν ἔφηνας ἀνέρος αἴθοπος ἀγγελίαν
ἄτλατον, οὐδὲ φευκτάν,

coniectura ἀνέρος scripsi, pro quo in libris est ἀνδρός, metro flagitante. Eidem solum convenit αἴθοπος, pro quo Ald. Γ. paucique alii codices αἴθωνος habent, quod legisse etiam Eustathium in not. exeg. monitum est. La αἴθονος, π suprascripto. Non posse autem Sophoclem credi αἴθονος scripsisse, copiose ad h. locum docuit Lobeckius.

e. τίνα βαρεῖαν ἐναλλαγήν· quam malam mutationem diurnus Aiacis status hac nocte subiit?"

V. 208. Τελεύταντος] Similiter in trimetris Aesch. Spt. c. Th. 488. 547. nominum Ἱππομέδοντος et Παρθενοπαῖος, Sophocles ap. Priscian. p. 1328. nominis Ἀλφεσίβοια secundam syllabam produxerunt. De re in fabula Ajacis not. 11. dixi.

V. 209 sq. ἐπεί σε — ἀνέχει] i. e. ἐπεί σε ἀνέχει, λέχος δουριάλωτον στέρξας. De nomine λέχος, uxorem significante, vide ad Trach. v. 17., de verbo ἀνέχειν, colere significante, ad O. C. 678. diximus.

V. 211. ὑπείποις] Hermannus: dicendo suggeras interpretatur. Immo significat respondeas.

V. 213. θανάτῳ etc.] Similiter O. C. 529 θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν.

V. 215. ἀπελωβήθη] Recte Scholiastes: λωβητὸς γέγονεν. Praepositione autem addit Hermannus vim verbi intendi, penitus quid fieri significante, ut de apud Latinos.

V. 216 sqq. τοιαῦτ' etc.] Adverte brevitatem dictionis. Hoc enim dicit: istiusmodi facinora videas in tentorio, scil. occisas pecudes cruentas, illius funera viri. Simillime τοιοῦτος usurpatum v. 445 ed. meae. De ἀπελωβήθη cfr. v. 367 ed. meae.

V. 218. Schol.: κείνου χρηστήρια· τὰ διεφθαρμένα ποίμνια· παρὰ τὸ διαχρήσασθαι αὐτά. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὸ μαντεῖον καὶ τὸν χρησμὸν καὶ τὸ ἱερεῖον.

V. 220. ἀνέρος — ἀγγελίαν] De genitivo vide Matth. §. 342. Rost. §. 108. I. 1. not. 1.

Ibid. Schol.: αἴθοπος· διαπύρου, θερμοῦ ἐν ταῖς μάχαις· ἢ τὸ θερμὸν νῦν ἐπὶ τοῦ παρα-

τῶν μεγάλων Δαναῶν ὕπο κληζομέναν,
τὰν ὁ μέγας μῦθος ἀέξει.
οἴμοι, φοβοῦμαι τὸ προςέρπον. περίφαντος ἀνὴρ θανεῖ-
ται, παραπλήκτῳ χερὶ συγκατακτὰς κελαι-
νοῖς ξίφεσιν βοτὰ καὶ βοτῆρας ἱππονώμας.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὤμοι· κεῖθεν, κεῖθεν ἄρ' ἡμῖν

V. 222. ὕπο κληζομέναν cum Hermanno ex Par. D. scripsi. Ceteri libri ὑποκληζομέναν.

V. 224. ἀνὴρ cum Hermanno scripsi. Libri ἀνήρ.

V. 226. Libri ἱππονόμους. Correxit Porson. Adv. p. 186. ex Aristoph. Nub. 572. et Eurip. Hipp. 1389. Elmsleius in L. a κεκινηκότος κεῖσθω. — Eustathius p. 862, 10: φέρεται αἴθων βοῦς καὶ σίδηρος καὶ ἄνθρωπος καὶ λέων· αἴθοψ δὲ οὐδεὶς αὐτῶν λέγοιτ' ἄν, ἀλλὰ τοὔνομα οἴνῳ μέλανι ἐπιτίθεται. et p. 1072, 6: αἴθων ἀνὴρ παρὰ Σοφοκλεῖ. Is igitur hic αἴθωνος legit. — Ego vulgatam retinui. Nam si Indi ob colorem αἴθοπες vocantur Nonno XXVIII, 176., si per translationem αἴθοψ βασκανία Agath. Epigr. XIV, 10.; quis neget hoc epitheton dici posse de homine ingenii fervidi et in iram praecipitis, qui vulgo θερμὸς et διάπυρος vocari solet? si praesertim respexerit alia adiectiva in οψ et ωπης exeuntia, quae a visu vultuque transferuntur ad animum. LOB.

V. 223. τὰν ὁ μέγας etc.] De articulo vide Matth. §. 292. Iaegerus: ὁ μέγας μῦθος, qui quo latius manat, eo magis crescit, accedentibus novis usque narrantium figmentis.

V. 224. τὸ προςέρπον] Recte Scholiastes: τὸ ἀποβησόμενον. Idem περίφαντος θανεῖται explicat φανερός ἐστιν, ὅτι θανεῖται ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Cfr. 246 sq. ed. meae. Similiter O. R. 491 ed. meae. φανερὰ ἐλθοῦσα et Ant. 530 λήθουσά μ' ἐξέπινες. Videtur tamen περίφαντος θανεῖται hoc potius significare, videbimus eum mori sive ante omnium oculos morietur.

V. 225. Schol.: παραπλήκτῳ· τῇ μανικῇ. παραπλὴξ γὰρ ὁ μανικός. Neque quicquam offensionis est in coniunctis verbis παραπλήκτῳ χερὶ et κελαινοῖς ξίφεσιν, quorum priora nihil fere aliud sonant quam παραπλήξ. Compositum συγκατακτείνω posuit, quia simul greges et pastores ab Aiace interfecti sunt.

V. 226. κελαινοῖς ξίφεσιν] Eadem numeri enallage usi sunt Pindarus Pyth. IV, 431 Φρίξου μάχαιραι. Euripides Ion. 191 ὕδραν ἐναίρει χρυσαῖς ἅρπαις. Manetho I, 318 σφαγίοις ξίφεσιν δεδαϊγμένος: item aliorum instrumentorum vocabula pluraliter usurpantur, βάκτρα Eur. Herc. f. 108. σκῆπτρα Aesch. Ag. 1266. ἀγκύλαι O. R. 1227. Haec sive fortuito sive ex occulta quadam ratione paucorum exemplorum finibus

δεσμῶτιν ἄγων ἤλυθε ποίμναν·
ὧν τὴν μὲν ἔσω σφάζ' ἐπὶ γαίας,
τὰ δὲ πλευροκοπῶν δίχ' ἀνεῤῥήγνυ,
δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελὼν
τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν
ῥιπτεῖ θερίσας, τὸν δ' ὀρθὸν ἄνω
κίονι δήσας,
μέγαν ἱπποδέτην ῥυτῆρα λαβὼν,
παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ,

pr. m. esse auspicatur ἱππονώμας. Hermannus ἱππονώμους scripsit.

V. 230. Brunckius cum Triclinio ὧν τὰ μὲν εἴσω.

V. 234. Hermannus ex uno Mosq. b. ῥίπτει edidit. Vide Lobeck. ad hunc locum.

continentur, certe a plurali τὰ τόξα, qui iam vulgo pro singulari usurpatur, distingui oportet. LOB. De adiectivo κελαινοῖς vide quae ad v. 147. adnotavimus.

V. 228. Schol.: ὤμοι — ἡμῖν· ὡς οἰκουροῦσα τὰ ἔξω ἡ Τέκμησσα ἀγνοεῖ· δεῖ οὖν τὸν χορὸν τὰ μὲν ἔνδον ἀπ' αὐτῆς γνῶναι, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ χοροῦ τὰ ἔξω.

V. 230. ὧν τὴν μὲν] Pronomen relativum ὧν referendum ad id, quod latet in praegresso nomine ποίμναν i. e. pecudes abactas. Eas pecudes veluti in plures greges sive partes divisas ab Aiace dicit; hinc addit τὴν μέν, scil. ποίμνην. De ἔσω, pro quo ἔνδον exspectaveris, vide ad Ant. 480 ed. meae. Denique ἔσφαζε non idem hic significat atque ἔκτεινε, sed iugulum feriebat. Sic Hom. Od. γ, 454.

V. 231. τὰ δὲ — ἀνεῤῥήγνυ] Alias medias dirumpebat, costas dissecans. Dirumpebat autem in duas partes (δίχ' ἀνεῤῥήγνυ), quum costas dissecabat.

V. 232. Schol.: δύο δ' ἀργίποδας· ἴσως τὸν μὲν ἕνα ἐνόμιζεν Ὀδυσσέα, τὸν δὲ ἄλλον Νέστορα ἢ Μενέλαον. τοῦ — γλῶσσαν· ἴσως τοῦτον ἐνόμιζε Νέστορα, ὡς ψευδομαρτυρήσαντα κατ' αὐτοῦ. De Nestore cogitari nequit. Recte Neuius: „Secundum putat Ulixem, cfr. 104 sqq.; priorem neutrum ex Atridis, cfr. v. 55 sqq.; fortasse Diomedem, perpetuum Ulixis comitem et administrum.“ Atque Ulixes quidem cur sub arietis potissimum imagine obiectus Aiaci fingatur, si quis quaerat, respondeo, secutum poetam Homerum esse Il. γ, 196. de Ulixe narrantem: αὐτὸς δέ, κτίλος ὥς, ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν· ἀρνειῷ μιν ἔγωγε ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ, ὅστ' οἰῶν μέγα πῶυ διέρχεται ἀργεννάων.

Ibid. ἀνελὼν] Significat tollere, ut apud Hom. Od. γ, 453. Ἀργίποδας idem est atque ἀργεννούς.

V. 236 sq. Schol.: μέγαν — παίει· διπλώσας τὸν χαλινὸν παίει τὸν κριόν, ὡς λιγυρᾷ καὶ ὀξυφώνῳ μάστιγι. ἱπποδέτην δὲ ῥυτῆρα, χαλινὸν μέγαν· μέγαν δὲ πρὸς τὸ πικρότερον καθάψασθαι τοῦ ἐχθροῦ. Hermannus: flagellis fere utebantur

κακὰ δεννάζων ῥήμαθ᾽, ἃ δαίμων
κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξεν.

ΧΟΡΟΣ.

(ἀντιστροφή.)

ὥρα τίν᾽ ἤδη κρᾶτα καλύμμασι κρυψάμενον
ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι,
ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον

V. 240. κρᾶτα non solum codices omnes tuentur, Eustathiusque habet p. 237, 14., sed etiam numeri tantum non flagitant. Quo magis mirum est, ex Triclinii rec. cum Brunckio Herman-

duo lora habentibus. Unde lórum, quo equi reguntur, duplicasse, eoque pro flagello usus esse Aiax intelligitur. — De ἱπποδέτης, activam habente significationem, comparat Lobeckius ταυροδέτις βύρσα Anthol. Pal. c. VI. n. 41.

V. 238. δεννάζων] Scholiastes βλασφημῶν, Hesychius λοιδορῶν. Itaque κακὰ ῥήματα δεννάζειν est convicia conviciari; vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. adnotavi.

V. 238 sq. ἃ δαίμων, κοὐδεὶς etc.] Hermannus hoc brevius dictum censet prŏ οὐδεὶς δαίμων καὶ οὐδεὶς ἀνδρῶν, cuius constructionis exempla afferri a Schaefero ad L. Bos. p. 777. Haec vero et quae Struvius Lectt. Lucian. p. 242., Elmsleius ad O. R. 817. et alii collegerunt, quaeque ipse reperi, unius modi sunt, vel ut Pindari Pyth. III, 54 ἔργοις οὔτε βουλαῖς, vel ut Lucian. Iup. Trag. §. 47 ἀλυσιτελὲς δὲ οὐδὲ ἄλογον οὐδὲν εἶχεν. Asin. §. 22 χρυσίον μὲν οὐδὲ ἀργύριον οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν κομίζων etc.; nullum illi simile, quod καὶ particulam interpositam habet. Huius generis exemplum donec quis protulerit, simpliciorem rationem praeferam. Quemadmodum Oedipo dolore furenti gladium δείκνυσι δαίμων τις, οὐδεὶς ἀνδρῶν O. R. 1259., ita Tecmessa praesagio quodam veri illam immanem eandemque vanam Aiacis iactationem et exultationem a dei cuiusdam instinctu atque ludibrio repetit. Δαίμων numen Aiaci infestum significat [vide v. 534.], non genium malum, ut Musgravius opinatur; nam hoc genus superstitionis Tragicorum aetate nondum apud Graecos percrebuerat, sed timebantur vel coelestium irae privatam iniuriam vindicantium, vel, si quis nullius delicti sibi conscius erat, deorum manium furiosus instinctus, quo hominum piacularium posteri ad scelera et flagitia impelli credebantur. Platon. Legg. IX, 858. A. οὐκ ἀνθρώπινόν σε κακόν, οὐδὲ θεῖον κινεῖ τὸ νῦν ἐπὶ τὴν ἱεροσυλίαν προτρέπον ἰέναι, οἶστρος δέ τις ἀλιτηριώδης. LOB.

V. 240. ὥρα τίν᾽ ἤδη] i. e. ὥρα ἤδη, ἐμὲ etc. Cfr. Matth. §. 487. 3. De tota locutione cfr. O. R. 466 sq. ὥρα νιν — φυγᾷ πόδα νωμᾶν.

Ibid. κρᾶτα — κρυψάμενον] Capite obvoluto. Quod facere solebant qui summae aut formidinis aut maestitiae aut desperationis pleni erant. Sic infra v. 1145 ὑφ᾽

ποντοπόρῳ ναῒ μεθεῖναι.
τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι καθ' ἡ-
μῶν· πεφόβημαι λιθόλευστον Ἄρη ξυναλ-
γεῖν μετὰ τοῦδε τυπείς, τὸν αἶσ' ἄπλατος ἴσχει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οὐκέτι, λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς

num aliosque κώρα recepisse. Tum quod in La. aliisque codicibus post ἤδη additum reperitur τοι, manifestum est deberi correctori metrico, qui in stropha ἐδήλωσας scriptum repperisset.

εἵματος κρυφθείς. Cfr. Plaut. Mostell. II, 2, 89 cave respexis, fuge, et operi caput. Sueton. Calig. c. 51 nam, qui deos tantopere contemneret, ad minima tonitrua et fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero maiora proripere se e strato, sub lectumque condere solebat.

Ibid. ποδοῖν — ἀρέσθαι] i. e. φυγὴν ἀρέσθαι, ut dicit Eur. Rhes. 54. 126. Similiter Orest. 1498 δραπέτην γὰρ ἐξέκλεπτον ἐκ δόμων πόδα.

V. 243. ἢ θοὸν — μεθεῖναι] Iungenda sunt verba εἰρεσίας ζυγόν, ita ut tabulam remigationis, sive tabulas, super quas sedent remiges, uno verbo transtra significent. Neque in eo quicquam offensionis, quod adiectivum θοός, quod navi ipsi attribuere Homerus solet, Sophocles alicui eius parti apposuit. Dissentiendum enim ab Eustathio puto, qui p. 1041, 30 (1051, 39.): θοὸς ζυγός, inquit, παρὰ Σοφοκλεῖ, ὁ μὴ αὐτὸς ὢν ταχύς, ἀλλὰ αἴτιος τοῦ ἐπιταχύνεσθαι νῆα κωπηλάταις. Deinde de ἵζεσθαι cum accusativo iuncto ad Philoct. 144 sq. diximus. Illud autem difficilius dictu, quid μεθεῖναι significet; Hermanni enim et Lobeckii interpretationes eius verbi probari non posse in censura ed. Lob. sec. docui.

V. 245. ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς] Apte Neuius adscripsit huius fab. 1829. Ant. 158. Philoct. 1135. — De voc. δικρατεῖς vide quae ad Ant. 146 ed. meae adnotata sunt.

V. 246. λιθόλευστον Ἄρη] i. e. mortem, quae lapidibus ingerendis infligitur. Similia haec sunt, quae Lobeckius attulit, Ant. 36 φόνος δημόλευστος. Oppian. Cyneg. II, 252 φόνος πολύτμητος. Anthol. Pal. c. IX. n. 84 ναυηγὸς μόρος. Milonis Eust. ad Dion. 369 σφιγκτὸς θάνατος. Maneth. IV, 614 θάνατος θηρόβορος. Ceterum idem ille Lobeckius copiose ad hunc locum de vocabulo λιθόλευστος exposuit.

V. 248. Schol.: αἶσ' ἄπλατος· ἀντὶ τοῦ μεγάλη μανία.

V. 249. Schol.: οὐκέτι αὐτὸν κατέχει ἡ μανία.

V. 249 sq. λαμπρᾶς — λήγει] Austrum sine tempestate ortum mox cessare monet Triclinius. Sunt haec aliis in locis aliter comparata. Sensus igitur est: cito (ὀξὺς) desiit furere, ut Auster sine fulmine ortus. HERM.

ἄξας ὀξὺς νότος ὣς λήγει.
καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει.
τὸ γὰρ ἐςλεύσσειν οἰκεῖα πάθη,
μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος,
μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' εἰ πέπαυται, κάρτ' ἂν εὐτυχεῖν δοκῶ.
φρούδου γὰρ ἤδη τοῦ κακοῦ μείων λόγος.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

πότερα δ' ἄν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις,
φίλους ἀνιῶν αὐτὸς ἡδονὰς ἔχειν,
ἢ κοινὸς ἐν κοιναῖσι λυπεῖσθαι ξυνών;

ΧΟΡΟΣ.

τό τοι διπλάζον, ὦ γύναι, μεῖζον κακόν.

V. 251. Hermannus cum Aldo et paucis codd. φρόνιμον scripsit.
V. 263. ἀνὴρ cum Lobeckio, Hermanno, aliisque scripsi, Libri ἀνήρ.

V. 251. Schol.: καὶ νῦν φρόνιμος· ἔμφρων γενόμενος ἤρξατο συμπαρακολουθεῖν τῇ συμφορᾷ καὶ ἀλγεῖν.

V. 252. οἰκεῖα πάθη] propria mala. Sic 919. El. 215.

V. 253. μηδενὸς — παραπράξαντος] Explicat his verbis accuratius praecedentia, οἰκεῖα πάθη, hoc sensu: sic ut nemo alius eorum auctor sit. Nihilominus erraverit qui hoc loco παραπράττειν pro simplici πράττειν positum putaverit. Nam quum male facta poeta intelligi velit, recte παραπράττειν usurpavit, quod hic quoque male sive turpiter facere significat. Compara παραβλέπειν, παραγιγνώσκειν, παραλογίζεσθαι, παραφρονεῖν, παραχορδίζειν, παραφθέγγεσθαι alia.

V. 255 sq. ἀλλ' εἰ — λόγος] Hoc dicit: sed si liberatus est insania, optime se habere eum crediderim. Mali enim praeteriti nulla ratio habetur, i. e. facile quis obliviscitur. Ad πέπαυται ergo supplendum τοῦ κακοῦ, quod nomen e v. 256. adsumendum, i. e. insaniae. Sic v. 271. ad πεπαυμένος supple τῆς νόσου, quod latet in νοσῶν. Errare autem qui εὐτυχεῖν de Choro dictum putent, in censura ed. Lobeck. sec. planum feci.

V. 257 sqq. πότερα δ' — ξυνών] Explicat haec Tecmessa ipsa pluribus infra v.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν.

ΧΟΡΟΣ.

πῶς τοῦτ' ἔλεξας; οὐ κάτοιδ', ὅπως λέγεις.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ,
αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς,
ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών·
νῦν δ', ὡς ἔληξε κἀνέπνευσε τῆς νόσου,
κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ
ἡμεῖς θ' ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον ἢ πάρος.
ἆρ' ἔστι ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά;

ΧΟΡΟΣ.

ξύμφημι δή σοι καὶ δέδοικα, μὴ 'κ θεοῦ
πληγή τις ἥκῃ. πῶς γάρ, εἰ πεπαυμένος
μηδέν τι μᾶλλον ἢ νοσῶν εὐφραίνεται;

V. 265. Schol.: φρονοῦντας· γρ. βλέποντας. Quam scripturam recepit Hermannus.

V. 271. ἥκῃ cum Hermanno scripsi ex Suidae cod. ap. Pors. Adv. p. 186. et ed. Med. et aliquot Sophoclis codd. Ceteri libri ἥκοι.

263 sqq. De locutione κοινὸς ἐν κοινοῖσι dixi ad Ant. 13., de addito ξυνών vide huius fab. 265. O. R. 457. O. C. 1149.

V. 260. τό τοι διπλάζον] i. e. τοὺς φίλους λυπῶν καὶ αὐτὸς λυπεῖσθαι. De neutrali verbi διπλάζειν usu ad hunc locum dixit Lobeckius.

V. 261. ἡμεῖς ἄρ' — νῦν] Aiacem secum confundit Tecmessa ob fortunarum et amoris coniunctionem. Neque enim de se ipsa proprie potuit dicere: nos duplici hoc malo nunc afficimur, quoniam quidem nullam mentis depravationem perpessa erat, paremque doloris causam et nunc et antea habuerat. MUSG. Et sic iam Schol.: ἡμεῖς ἀντὶ τοῦ ὁ Αἴας νῦν μὴ νοσῶν ὀδυνᾷ ἑαυτὸν διὰ τὰ πεπραγμένα.

V. 267 sq. κεῖνός τε — πάρος] Et ipse dolore summo premitur et nos afficit eodem quo antea afficiebamur. De usu verbi ἐλαύνειν vide 737 ed. m. et quae ad O. R. 28. diximus; de πᾶς ad Ant. 770 ed. meae.

V. 269. ἆρα] Idem hic significat, atque ἆρα οὐκ, nonne. Sic huius fab. 1282. El. 614. 790. 816. O. R. 822. O. C. 752. 780. Cfr. Herm. ad Vig. p. 823. et Matth. §. 614 extr.

V. 271 sq. πῶς γὰρ etc.] i. e. qui enim aliter existimare liceat, si etc. de μηδέν τι cfr. Passov. Lex. Gr. v. τὶς n. 5.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή.

ΧΟΡΟΣ.

τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προςέπτατο;
δήλωσον ἡμῖν τοῖς ξυναλγοῦσιν τύχας.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἅπαν μαθήσει τοὔργον, ὡς κοινωνὸς ὤν.
κεῖνος γὰρ ἄκρας νυκτός, ἡνίχ' ἕσπεροι
λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον, ἄμφηκες λαβὼν
ἐμαίετ' ἔγχος ἐξόδους ἕρπειν κενάς.

V. 274. Brunckius προςέπτετο.

V. 281. Hermannus ex Par. 1. et Suida Αἴαν. Idem ex Suida οὐδ' pro οὐθ' scripsit.

V. 273. ὡς ὧδ' ἐχόντων etc.] Haec ita se habere, scire te oportet. Alia huiusmodi exempla collegit Matth. §. 569. 5. Vide etiam Lobeck. ad h. locum. Opposuit autem Tecmessa, recte monente Iaegero, verba ἐπίστασθαί σε χρή, verbis Chori, δέδοικα μὴ etc., hoc sensu: certa res est, a dis immissam Aiaci insaniam esse, non dubia, ut tibi videtur. Similiter Terentius Andr. III, 2, 30 opinor, narras; non recte accipis: certa res est. Cfr. v. 916. ed. meae.

V. 274. προςέπτατο] Cfr. Porson. ad Eur. Med. 1. et Matth. §. 246. p. 481.

V. 277. ἄκρας νυκτὸς] Media nocte. Scholiastes, περὶ πρῶτον ὕπνον. De γὰρ particula vide ad Ant. 238 ed. m.

V. 277 sq. ἡνίχ' ἕσπεροι λαμπτῆρες etc.] Scholiastes: ἢ ὅτε οὐκ ἔφαινον οἱ ἕσπεροι ἀστέρες, ἢ ὅτε ἐσβέσθησαν οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν φαίνοντες λύχνοι. Prius probavit Spanhemius ad Callim. h. in Del. 303., posterius Valcken. ad Herod. VII, 215, ac iure quidem. Quanquam enim stellae λαμπτῆρες vocantur Maneth. V, 426. et ἕσπερα λύχνα Nonn. II, 324., tamen hoc loco apertum est significari foculos, qui noctu ad illustranda cubicula accendebantur. Eustathius p. 1848, 32 λαμπτῆρες ἐσχάραι μετέωροι ἢ χυτρόποδες, ἐφ' ὧν ἔκαιον. cfr. Od. σ, 304. Theocr. XXV, 47. Sic autem Graeci diei incrementa et decrementa dispertire solebant, ut primordia noctis luminum accensione notarent, ἀρχομένης ἡμέρας, μεσούσης, δείλης ὀψίας, περὶ λύχνων ἀφάς, Liban. Decl. T. III. 127. Sic etiam Herod. l. l. Dionys. Antt. XI, 33. Diod. XIX, 43. et Nicephorus Breviar. p. 42. B. tempus crepusculi περὶ λύχνων ἀφάς vocant; μέχρι λύχνων ἀφῶν Athen. XII, 526. C. — Haec et alia ad illustranda verba ἕσπεροι λαμπτῆρες attulit Lobeckius, ex iis manifestum esse

κἀγὼ 'πιπλήσσω καὶ λέγω· τί χρῆμα δρᾷς,
Αἴας; τί τήνδ' ἄκλητος οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων
κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν, οὔτε του κλύων
σάλπιγγος; ἀλλὰ νῦν γε πᾶς εὕδει στρατός.
ὁ δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα·
γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
κἀγὼ μαθοῦσ' ἔληξ', ὁ δ' ἐσσύθη μόνος.
καὶ τὰς ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔχω λέγειν πάθας·
ἔσω δ' ἐςῆλθε συνδέτους ἄγων ὁμοῦ
ταύρους, κύνας βοτῆρας, εὔκερών τ' ἄγραν.
καὶ τοὺς μὲν ηὐχένιζε, τοὺς δ' ἄνω τρέπων
ἔσφαζε κἀῤῥάχιζε, τοὺς δὲ δεσμίους

V. 282. Brunckius ex paucis nec bonis codicibus ἐφορμᾷς scripsit, quod recte Lobeckius alienum a sensu huius loci esse docuit.

recte monens, Aiacem non prima, ut Schaeferus statuit, nocte egressum esse, sed adulta sive περὶ πρῶτον ὕπνον, ut Scholiastes dicit, additque hoc tempus insidiis struendis aptissimum esse, quippe tum omnibus alto somno sepultis. Idem tamen illud etiam multis docuit, verba ἄκρας νυκτός per se spectata ambigua significatione esse.

V. 279. ἐξόδους ἕρπειν κενάς] Notum est ἐξόδους ἐξιέναι vel ἐξελθεῖν a prosaicis scriptoribus milites dici solere, qui excursionem faciant adversus hostes. Idem hic ἐξόδους ἕρπειν et statim post πεῖραν ἀφορμᾷν significat. Vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. exposui. Adiectivum κενόν additum, quod excursionem illam nulla ratio suadere videbatur. Cfr. Ant. 747 ed. meae.

V. 282. ἀφορμᾷς πεῖραν] Expectaveris ἀφορμᾷς ὁρμήν. Sed maluit poeta pro eo substantivo significantius ponere. Vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. attuli similia.

V. 284. Schol.: ἀεὶ δ' ὑμνούμενα· ἀεὶ θρυλούμενα ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων καὶ κοινά.

V. 287. Schol.: καὶ τὰς — λέγειν· τοῦτο μὲν ἀγνοεῖ ἡ Τέκμησσα λέγειν, τοῦτο δὲ προεῖπεν αὐτὰ ὁ ποιητής· ὡς ἐνοχλεῖν οὐ δεῖ τὸν θεατὴν ταυτολογοῦντα. Ceterum Hermannus: πάθας non dicit pro πράξεις, sed quia stragem illic ediderat Aiax.

V. 289. Schol.: κύνας βοτῆρας· ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον, τοὺς ποιμενικοὺς κύνας· οὐ γὰρ ἀναιρεῖ κατὰ τὴν σκηνὴν ἄνθρωπον.

V. 290 sqq. καὶ τοὺς μὲν etc.] Repetit quae 236 sqq. dixerat. Αὐχενίζειν est cervice caedenda caput amputare; ἄνω τρέποντα σφάζειν, capite resupinato guttur ferire, quod attigit Eustathius p. 134, 7. (101, 25.); ῥαχίζειν, spinam dorsi secare. HERM.

ἠλίζεθ', ὥστε φῶτας, ἐν ποίμναις πίτνων.
τέλος δ' ὑπάξας διὰ θυρῶν σκιᾷ τινὶ
λόγους ἀνέσπα, τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα,
τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ, ξυντιθεὶς γέλων πολύν,
ὅσην κατ' αὐτῶν ὕβριν ἐκτίσαιτ' ἰών·
κἄπειτ' ἀπάξας αὖθις ἐς δόμους πάλιν,
ἔμφρων μόλις πως ξὺν χρόνῳ καθίσταται,
καὶ πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος,
παίσας κάρα 'θώϋξεν· ἐν δ' ἐρειπίοις
νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἕζετ' ἀρνείου φόνου,

V. 292. πίτνων] Sic in La. a prima manu. Vulgo πιτνῶν.
V. 297. ἀπάξας ex Bodl., Laud., Aug. C., La., et Aldina restitui. Ceteri ἐπάξας, quod alienum ab hoc loco est.
V. 306. Optativi κυροῖ, quem restitui, a poeta positi indicia

V. 293 sq. Schol.: τέλος δ' ὑπάξας· ἡ μὲν Τέκμησσα ἠγνόει, τίνι διείλεκται· ἡμεῖς δὲ μεμαθήκαμεν ἐκ τοῦ προλόγου, ὅτι Ἀθηνᾶ ἦν ἡ λαλήσασα αὐτῷ· τὸ δὲ σκιᾷ τινι, ὅτι οὐ συνέβαλεν τὰ περὶ τὴν θεόν. Verbum ὑπαΐσσειν hic de exitu dictum nota.

V. 294. λόγους ἀνέσπα] Recte Lobeckius λόγους ἀνασπᾶν esse verba cum iactatione proferre docuit.

V. 295. ξυντιθεὶς] Intelligendum τοῖς λόγοις esse recte Neuius monuit.

V. 296. ὅσην — ἰών] Pro ἐκτίσαιτο exspectaverit quis ὑβρίσειεν. Summis enim contumeliis affecisse se quum Atridas tum imprimis Ulixem Aiax et supra dixit (cll. 98 — 113.) et hic dicere referri debet. Neque vero aliud Sophocles dicit posito ἐκτίσαιτο verbo, nisi quod haec praeterea in eo verbo notio inest, vindictae ab iis sumendae causa. Vide quae de hac forma dicendi in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. exposui. De addito participio ἰών vide Matth. §. 557. not. 2.

V. 297. ἀπάξας] Sic de reditu similiter dictum Trach. 693 εἴσω δ' ἀποστείχουσα etc.

V. 299. ἄτης] Non tantum caedes ab Aiace facta, quam solam poeta si significare voluisset alio verbo usus esset, sed simul pernicies, quam sibi ea caede Aiax a dis impulsus paraverat, intelligenda est.

V. 300 sq. ἐν δ' ἐρειπίοις — φόνου] Prostratus autem sedebat in prostratis cadaveribus caesarum ovium. Ut hic ἐρείπια νεκρῶν est ἐρειφθέντες νεκροί, ita apud Eur. Phoen. 1490 πτώματα νεκρῶν dictum pro πεσόντες νεκροί. De verbis ἐρειφθεὶς ἕζετο vide 316 sq. ἐν βοτοῖς θακεῖ πεσών. Non dissimiliter Virg. Aen. VII, 94 ovium effultus tergo stratisque iacebat velleribus. De locutione ἀρνείου φόνου vide ad v. 538, coll. v. 49. cum annotatione nostra.

V. 302. ἀπρὶξ ὄνυξι] Hermannus veram explicationem

κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί.
καὶ τὸν μὲν ἧστο πλεῖστον ἄφθογγος χρόνον·
ἔπειτ' ἐμοὶ τὰ δεῖν' ἐπηπείλησ' ἔπη,
εἰ μὴ φανοίην πᾶν τὸ συντυχὸν πάθος,
κἀνήρετ', ἐν τῷ πράγματος κυροῖ ποτε.
κἀγώ, φίλοι, δείσασα τοὐξειργασμένον
ἔλεξα πᾶν, ὅσονπερ ἐξηπιστάμην.
ὁ δ' εὐθὺς ἐξῴμωξεν οἰμωγὰς λυγράς,
ἃς οὔποτ' αὐτοῦ πρόσθεν εἰςήκουσ' ἐγώ.
πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους
τοιούςδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν·

praebent et Schol. et La. a pr. m., in quo κύροῖ, et Γ., in quo κύροι, et Parisinus Bekkeri, in quo κυριοῖ est, et Suidas voc. κυρεῖ. Vulgo κυρεῖ.

huius locutionis eam esse monet, ut ἀπρὶξ ὄνυξι coniungantur, tanquam si id unum adverbium sit. Tum haerere quis possit in coniiunctis nominibus ὄνυξι χερί. Non dissimile tamen videtur Homericum esse (Il. κ. 158.) λὰξ ποδὶ κινήσας, et quod Plutarch. Cat. Mai. c. 20. dixit, τῇ χειρὶ πὺξ παίειν.

V. 304. τὰ δεῖν' — ἔπη] Sine articulo δεῖν' ἀπειλήσων ἔπη Eur. Suppl. 542.; cum eo Dio Cass. XLV. 30 τῆς φωνῆς τὰ δεινὰ ἐκεῖνα λεγούσης, illa significans, quae nota erant auditoribus, ut Eur. Or. 876 ὃς τὰ δεῖν' ἔτλη κακά. Hoc vero loco significantur quae graviter comminantes conceptis verbis dicere solent, id est, mortem mihi comminabatur, τὰ ἔσχατα ἠπείλησε Aristid. Panath. p. 169. T. I. Sic Eur. Phoen. 185 ὃς τὰ δεῖν' ἐφυβρίζει πόλει, id est: excisionem. LOB.

V. 305. φανοίην] Optatiivus futuri est; vide Buttm. Gr. Gr. §. 93. 3. Apte confert Erfurdtius Ant. 414 εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου. Phil. 376 εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με.

V. 306. ἐν τῷ πράγματος] i. e. ἐν τίνι πράγματι. Cfr. Matth. §. 442. 8. Ποτὲ iungendum cum ἐν τῷ, significans tandem. Nomen πρᾶγμα eodem sensu positum Trach. 375 ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος;

V. 307. φίλοι] Praeclare hic posita haec allocutio, qua Tecmessa, dolens, quod inconsiderata rei expositione Aiacem ita afflixerit, veniam videtur captare. HERM.

V. 312 sq. πρὸς γὰρ — ἔχειν] i. e. ἐξηγεῖτο γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρ. ἀνδρὸς εἶναι, γόους τοιούςδε ἔχειν. Cfr. v. 581. 1071. Matth. §. 316. d. not. §. 590. a. Hominem autem demissi animi dici βαρύψυχον Lobeckius ad h. locum docuit. Idem ἐξηγεῖτο monet vel pro simplici ἡγεῖτο positum esse, vel dictitare significare et declarare, ut Aesch. Prom. 214 τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἐξηγουμένου. Cfr. El. 425. Sed quod item Lobeckius addit „Ἔχειν pro εἶναι valere Triclinio credimus vel sine auctore;

ἀλλ' ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων
ὑπεστέναζε, ταῦρος ὥς, βρυχώμενος.
νῦν δ' ἐν τοιᾷδε κείμενος κακῇ τύχῃ
ἄσιτος ἀνήρ, ἄποτος, ἐν μέσοις βοτοῖς
σιδηροκμῆσιν ἥσυχος θακεῖ πεσών.
καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν.
τοιαῦτα γάρ πως καὶ λέγει κὠδύρεται.
ἀλλ', ὦ φίλοι, τούτων γὰρ οὕνεκ' ἐστάλην,
ἀρήξατ' εἰςελθόντες, εἰ δύνασθέ τι.
φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται φίλοι.

ΧΟΡΟΣ.

Τέκμησσα, δεινά, παῖ Τελεύταντος, λέγεις
ἡμῖν, τὸν ἄνδρα διαπεφοιβάσθαι κακοῖς.

V. 322. Pro φίλοι, quod libri omnes et Schol. tuentur, temere Brunckius, Lobeckius, Hermannus aliique e Stob. Serm.

nam ἔχει πρὸς δίκης τι O. C. 546. aliquantum differt," id cuiusmodi sit, intelligere non possum. In O. C. v. 546. ἔχειν nihil est nisi habere se; hoc autem loco vix dubium, quin γόους ἔχειν periphrasis sit satis usitata pro simplici γοᾶσθαι. Sic μολπὰν ἔχειν dictum Phil. 212. pro μέλπεσθαι. Alia exempla ad huius fab. v. 532. attuli.

V. 313. ἀψόφητος — κωκυμάτων] Sine acutarum lamentationum strepitu. Similia vide apud Matth. §. 339.

V. 314. βρυχώμενος] In Par. D. supra scriptum μυκώμενος, quod Triclinius propagavit ut convenientius tauro. Ceteri et Eustathius p. 1145, 3. βρυχώμενος. Δεινὰ βρυχηθεὶς O. R. 1265., pro quo usitatius est medium, ἀναβρυχησάμενος Plat. Phaed. p. 177. D. γοερῇ βρυχήσατ' ἀϋτῇ Apollon. IV, 19. κινυρῇ βρυχήσατο φωνῇ Nonn. X, 83., quod de clamentantibus satis crebrum est, μυκᾶσθαι non item. Grammatici βρύχημα leonibus, μύκημα vero bubus tribuunt, sed in contrariam partem Hesiodus Theog. 832 ταῦρος ἐριβρύχης, Theocr. XXV, 137 ταῦροι ἐβρυχῶντο, et iunctim Oppian. Cyn. IV, 165 μυκᾶσθαι βρύχημα, Nonnus XXIX, 311 βρυχηδὸν ἐμυκήσαντο. LOB.

V. 317. Schol.: σιδηροκμῆσιν· τῷ σιδήρῳ φονευθεῖσιν, ὡς ἀνδροκμῆσιν. Aptius exemplum attulit Lobeckius δορικμῆς λαός Aesch. Choeph. 360.

V. 318. δῆλος — ὥς τι δρασείων] Dictum de hac dicendi forma ad O. C. 629 ed. meae. Scholiastes: προσεκτικὰ πρὸς τὸν ἀκροατήν, ἵνα προσέχῃ ἀκριβέστερον, προσδοκῶν τὸ συμβησόμενον.

V. 220. Schol.: ἀλλ' ὦ — ἐστάλην· πιθανὴν τὴν πρόφα-

ΑΙΑΣ.

ἰώ μοί μοι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

τάχ᾽, ὡς ἔοικε, μᾶλλον· ἢ οὐκ ἠκούσατε
Αἴαντος οἵαν τήνδε θωΰσσει βοήν;

ΑΙΑΣ.

ἰώ μοί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀνὴρ ἔοικεν ἢ νοσεῖν, ἢ τοῖς πάλαι
νοσήμασι ξυνοῦσι λυπεῖσθαι παρών.

ΑΙΑΣ.

ἰὼ παῖ, παῖ.

CXIII. 8. λόγοις receperunt. Vide quae in censura ed. Lob. sec dixi.

σιν τῆς ἐξόδου φησίν, ἵνα μὴ δόξῃ τὸν Αἴαντα ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ καταλελοιπέναι.

V. 322. Schol.: φίλων — νικῶνται· ἡ οὖν Τέκμησσα, ἅτε δὴ γυνὴ οὖσα καὶ αἰχμάλωτος, οὐχ οἵα τε αὐτὸν παραμυθεῖσθαι· ἀλλὰ τὸν χορὸν προτρέπεται εἰςιέναι· ἐπειδὴ δὲ ἄτοπον, τὸν χορὸν ἀπολιπεῖν τὴν σκηνὴν, ἀναβοᾷ ἔνδοθεν ὁ Αἴας, ἵνα μείνῃ ἐπὶ χώρας ὁ χορός· τοῦτο γὰρ ἐπόθει ὁ θεατής. Sensus hic est: amicis enim cedunt tales amici (sc. qualis Aiax est). Ipsa Tecmessa quum nihil se valere apud Aiacem vidisset, rogat Chorum, ut ad eum accedat, sperans fore, ut, qui durus in suos sit, a sociis suis commoveri se patiatur ac deterreri ab eo, quod moliebatur. Cfr. v. 337 ed. m. De coniunctis φίλων φίλοι ad Ant. 13. dixi, de νικᾶσθαί τινος satis est huius fab. v. 1353. contulisse.

V. 324. Schol.: διαπεφοιβάσθαι· ἐκμεμηνέναι, παρὰ τὸν φοῖτον· ἢ ἀπὸ τῶν φοιβωμένων καὶ ἐνθουσιώντων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μανίᾳ τινὶ ὅμοιον πάσχουσί τι. Ex parte priore scholii Valcken. ad Ammon. p. 149. colligit lectum olim esse διαπεφοιτάσθαι.

V. 329 sq. ἢ νοσεῖν — λυπεῖσθαι] Aut insanire, aut dolere insania, qua modo affectus fuit. Nam etsi plerumque dicitur ξύνειμι νόσῳ, morbo affectus sum sive laboro (vide ad Philoct. 266 ed. meae.), tamen eodem sensu nonnunquam etiam ξύνεστί μοι νόσος dici solet. Sic O. C. 7 χὠ χρόνος ξυνὼν μακρός. et 945 ὅτῳ γάμοι ξυνόντες εὑρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων. Participium παρών, qui prope est, salvo sensu omitti potuit; sed vide v. 1131. 1156. et Matth. §. 557. not. 2.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὤμοι τάλαιν᾽· Εὐρύσακες, ἀμφὶ σοὶ βοᾷ.
τί ποτε μενοινᾷ; ποῦ ποτ᾽ εἶ; τάλαιν᾽ ἐγώ.

ΑΙΑΣ.

Τεῦκρον καλῶ. ποῦ Τεῦκρος; ἢ τὸν εἰςαεὶ
λεηλατήσει χρόνον; ἐγὼ δ᾽ ἀπόλλυμαι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀνὴρ φρονεῖν ἔοικεν. ἀλλ᾽ ἀνοίγετε.
τάχ᾽ ἄν τιν᾽ αἰδῶ κἀπ᾽ ἐμοὶ βλέψας λάβοι.

V. 342. *μόνοι ἔτ᾽* ex verissima Hermanni coniectura restitui, quamquam ipse nunc vulgatam retinuit, quae est *μόνοι τ᾽*. Vide

V. 232 sq. Schol.: *ὤ μοι τάλαιν᾽, Εὐρύσακες· ἀποροῦσης τὸ ἦθος· τὸ μὲν ἀποιμώζει, τὸ δὲ καλεῖ τὸν παῖδα· εἶτα πρὸς ἑαυτὴν ἐπαπορεῖ, τί ποτε μενοινᾷ· καὶ πάλιν καλεῖ τὸν παῖδα, καὶ ἑαυτὴν ἀπολοφύρεται· λεληθότως δὲ ἐνεφάνισεν καὶ τὸ τοῦ παιδὸς ὄνομα· ἐδεδίει δέ, μὴ ἀνέλῃ αὐτὸν μαινόμενος.*

V. 334 sq. *Τεῦκρον καλῶ* etc.] Recte Scholiastes: *ἐπιζητεῖ Τεῦκρον, ἵνα παράθηται αὐτῷ τὸν παῖδα, ὃν ἀφίησι τῷ χορῷ, μὴ εὑρὼν τὸν Τεῦκρον· τὸ δὲ ἀπεῖναι Τεῦκρον χρήσιμον τῇ οἰκονομίᾳ· παρὼν γὰρ ἐκώλυεν ἂν αὐτὸν πρᾶξαι ἃ ἐβούλετο· νῦν δὲ μόνης τῆς γυναικὸς ἐγένετο κρείττων.* Ubi fuerit tum Teucer, expositum ad v. 557 ed. meae. Addit Lobeckius huc pertinere quod Thucydides dicat I, 11, 1. Graecos Troiam obsidentes *ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι.*

V. 336. *φρονεῖν ἔοικεν*] Resipuisse videtur Choro, quod filii fratrisque tam probe recordatus est.

Ibid. *ἀλλ᾽ ἀνοίγετε*] Hermannus nescio, inquit, an ex hoc plurali *ἀνοίγετε* colligi possit Tecmessam cum una vel duabus pedisequis progressam esse. Fortasse nihil aliud significatur quam illud aperite aliquis, de quo vid. Huschkius ad Tibull. I, 6, 39. Eodem numero Aeschylus utitur Choeph. 873 *ἀλλ᾽ ἀνοίξατε*. LOB. Assentior Lobeckio. Fortasse eodem modo accipiendum est, quod v. 593. positum, *οὐ ξυνέρξεθ᾽ ὡς τάχος;*

V. 337. *τάχ᾽ ἂν — λάβοι*] Particula *καὶ* in verbis *κἀπ᾽ ἐμοὶ* ad Teucri mentionem ab Aiace factam spectat. Hoc enim vult Chorus: etiamsi Teucer non adest, tamen fortasse etiam me conspecto moderatior erit Aiax. HERM. Immo hoc dicit: fortasse etiam moderatior sive verecundior erit me conspecto. Referenda enim *καὶ* particula ad *αἰδῶ*, coll. quae ad Ant. 280 ed. meae monita sunt. De locutione *αἰδῶ λαβεῖν* vide ad Phil. 81.

V. 338. Schol.: *προςβλέπειν δ᾽ ἔξεστι· ἐνταῦθα ἐκκύκλημά τι γίνεται, ἵνα φανῇ ἐν μέσοις ὁ Αἴας ποιμνίοις· εἰς ἐκ-*

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἰδού, διοίγω· προςβλέπειν δ' ἔξεστί σοι
τὰ τοῦδε πράγη, χαὐτὸς ὡς ἔχων κυρεῖ.

(στροφὴ α'.)

ΑΙΑΣ.

ἰώ
φίλοι ναυβάται, μόνοι ἐμῶν φίλων,
μόνοι ἔτ' ἐμμένοντες ὀρθῷ νόμῳ,
ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης
ἀμφίδρομον κυκλεῖται.

quae in censura ed. Lob. sec. monui.

πλῆξιν γὰρ φέρει καὶ ταῦτα τὸν θεατήν, τὰ ἐν τῇ ὄψει περιπαθέστερα· δείκνυται δὲ ξιφήρης, ᾑματωμένος, μεταξὺ τῶν ποιμνίων καθήμενος. Scena versis discedit frontibus, ut ait Virg. Ge. III, 24., ubi conferendus Servius est, i. e. valvis tentorii apertis conspicitur Aiax cruentus ac medias inter pecudes occisas sedens. Neque quicquam aliud videtur Scholiastes dicere voluisse, quum ait eccyclema factum esse, de quo optime exposuit Hermannus in censura Aesch. Eum. ab Ott. Müllero ed. in Diar. Vienn. LXIV. p. 127 sqq. Eodem modo quae intra aedes sunt monstrantur El. 1458 sqq. Ant. 1293. O. R. 1294 sqq.

V. 341 sq. μόνοι — νόμῳ] Verba μόνοι ἐμῶν φίλων non per se posita sunt ut significent: qui soli ex amicis meis relicti estis, sed pertinent ad participium ἐμμένοντες, cum vi repetito vocabulo μόνοι, hoc sensu: qui soli ex amicis meis, soli inquam adhuc integram fidem servatis. Schol.: ὀρθῷ νόμῳ· τὸν τῆς φιλίας φησίν.

V. 343 sq. ἴδεσθέ μ' — κυκλεῖται] Comparat se Aiax cum navi, circum quam coorta tempestate undique fluctus ita volvantur (vide ad Ant. 336 sq. ed. m.), ut emergere iam non posse videatur. Simillima ratio est O. R. 22 sqq., ubi civitas Thebana, mortifera peste vexata, cum eiusdem conditionis navi comparatur ita: πόλις γάρ, ὥςπερ χαὐτὸς εἰςορᾷς, ἄγαν ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου. Aptissima autem, qua utitur hoc loco Aiax, comparatio est, quippe qua non tantum summa se in calamitate esse ostendat, sed etiam, cuius generis ea calamitas sit, explicet. Neque enim dubium est, quin nomine κῦμα simul cruorem illum occisarum pecudum, inter quas medius sedebat, nomine ζάλης furorem sive insaniam, qua correptus caedem illam ediderat, adsignificare voluerit. Ipsa autem insania illa quum in causa fuisset, ut caedes ista committeretur, perquam poetice φοινία appellata est similiter atque Ἄρης φοίνιος (El. 96.) et φοινία κόπις (Ant. 602.) dicitur.

ΧΟΡΟΣ.

οἴμ', ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν.
δηλοῖ δὲ τοὔργον, ὡς ἀφροντίστως ἔχει.

(ἀντιστρ. α'.)

ΑΙΑΣ.

ἰὼ
γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας,
ἅλιον ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν,
σέ τοι, σέ τοι μόνον δέδορκα πημονὰν ἐπαρκέσοντ',
ἀλλά με συνδάϊξον.

V. 349. ἅλιον ex Hermanni coniectura scripsi. Libri ἅλιαν.
V. 350. πημονὰν ex Reiskii coniectura scripsi. Libri ποιμέ-

Denique illud facile intelligitur, ἴδεσθέ μ' — κυκλεῖται poetice dictum esse pro ἴδεσθε, οἷον ἀμφ' ἐμὲ κῦμα κυκλεῖται. Cfr. Matth. §. 296. Rost. §. 122. 8.

V. 345 sq. οἴμ' ὡς etc.] Vae mihi, quam etc. Vide me ad Ant. 320. Recte Scholiastes: πρὸς τὴν Τέκμησσαν ὁ λόγος· νομίζω σε ἀληθῆ μοι μεμαρτυρηκέναι περὶ τῆς μανίας τοῦ Αἴαντος· οὕτως γὰρ τὸ πρᾶγμα δεικνυσιν ἡμῖν, ὅτι μανικῶς διετέθη. Probantque hanc voc. ἀφροντίστως interpretationem Hermannus et Lobeckius, quorum prior euphemismum quendam esse recte monuit.

V. 348 sq. γένος — πλάταν] De ἀρωγός cum genitivo iuncto vide El. 1381. et huius fab. 201 ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος. A quorum verborum sensu non multum differunt quae hic posuit poeta, γένος — τέχνας, id est, ut recte Lobeckius explicat, rerum nauticarum administri. Tum ἅλιον πλάταν idem fere est atque (v. 250.) ποντοπόρον ναῦν, coll. O. C. 713 sq. ed. meae, ita ut accusativus aptus sit e verbo ἐπέβας, cuius verbi cum accusativo iuncti exempla similia suppeditabit index Euripideus. Addidit poeta participium ἑλίσσων, ut ostenderet, qualis sive quo munere fungens Chorus navem conscendisset, scilicet volvens navem, i. e. remex. Recte Scholiastes: ἑλίσσων· κωπηλατῶν· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἀμφιελίσσας.

V. 350 sq. σέ τοι — συνδάϊξον] Ut apud Homerum saepe dicitur γὰρ — ἀλλά, veluti Il. ν, 736 — 740 πάντη γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηεν· — ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους. similiter hic σέ τοι — ἀλλά με etc. dictum videtur hoc sensu: te, te, inquam, quum videam solum dedecus a me defendere paratum esse, tu quaeso me interfice. Ceterum recte Scholiastes: οὐ διὰ τὴν ἧτταν δὲ τῶν ὅπλων πικρὸς ὢν βούλεται ἀναιρεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ ὄνειδος ὑφορώμενος τῶν ποιμνίων· ἐν τούτῳ δὲ τὸ ἦθος

ΧΟΡΟΣ.

εὔφημα φώνει. μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς
ἄκος πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει.

(στροφὴ β'.)

ΑΙΑΣ.

ὁρᾷς τὸν θρασὺν, τὸν εὐκάρδιον,
τὸν ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις,
ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας;
οἴμοι γέλωτος, οἷον ὑβρίσθην ἄρα.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

μὴ, δέσποτ', Αἴας, λίσσομαί σ', αὔδα τάδε.

νων, quod ineptum esse in censura ed. Lob. sec. planum feci.

καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη δείκνυται τοῦ Αἴαντος. —

V. 352. εὔφημα φώνει] Noli tam infausta dicere. Vide quae ad Trach. 175. adnotavimus.

V. 352 sq. μὴ — τίθει] De constructione errat Scholiastes, μὴ τὸ πῆμα ποίει πλέον τῆς ἄτης, id est, noli committere, ut insaniae (ἄτης) pudore ad gravius malum, mortem, adigare. Rectius alter: πῆμα ἄτης κατὰ περίφρασιν τὴν ἄτην, et Eustathius ad Od. ξ, 338. p. 1461, 68. Ὁμήρου εἰπόντος πῆμα ἄτης ὁ ζηλωτὴς αὐτοῦ Σοφοκλῆς πῆμα ἄτης φησίν, ὅ ἐστιν ἄτη περιφραστικῶς, ut πῆμα κακοῦ Od. γ, 152. πῆμα κακοῦ Phil. 778.; qua una voce Plato in hoc proverbio utitur Protag. p. 340. D. εἰμί τις γελοῖος ἰατρός· ἰώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιῶ. LOB.

V. 356. ἐν — χέρας] Vocabulo θῆρες neque hic neque alibi pecudes, quales sunt boves, equi, oves, aliae significantur, sed ferae. Itaque ἀφόβους θῆρας sic interpretari nos convenit, ut sint ferae, quae nihil metuant ab hominibus, qualia sunt animalia domestica, veluti bestiae cicures, ut Lobeckius interpretatur. Minus enim opprobrii suscepisset Aiax, si in feras crudelis fuisset, qua ex re aliquid laudis parari potuit, sed quod in mansuetas, ut ita dicam, feras saevierat, quibus sanus quisque parcit, non solum quia nihil periculi nobis creant, sed etiam quod fidei nostrae confidunt, id non poterat non ei ignominiosum videri.

V. 357. οἴμοι — ἄρα] Pro οἷον ὑβρίσθην exspectaveris potius οἷον ὑβρισα. Sed hoc si dixisset Aiax, non obtestata eum Tecmessa esset, ut facit, ne talia diceret, μὴ — αὔδα τάδε. Ex quo apparet, verborum οἷον ὑβρίσθην sensum hunc esse, quanta sum contumelia affectus, scilicet a dis, i. e. a Minerva, a qua perductum se eo esse Aiax ait, ut in greges irrueret. Cfr. v. 401 ἀλλά μ' ἁ Διὸς etc. et v. 217 Αἴας ἀπελωβήθη.

ΑΙΑΣ.

οὐκ ἐκτός; οὐκ ἄψοῤῥον ἐκνεμεῖ πόδα;
αἰαῖ, αἰαῖ.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ πρὸς θεῶν, ὕπεικε καὶ φρόνησον εὖ.

(στροφὴ γ'.)

ΑΙΑΣ.

ὦ δύςμορος, ὃς χερὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας,
ἐν δ' ἑλίκεσσι βουσὶ καὶ κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις,
ἐρεμνὸν αἷμ' ἔδευσα.

ΧΟΡΟΣ.

τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις;
οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν.

V. 362. χερὶ ex Hermanni coni. scripsi. Libri χερσί.

V. 369. Hermannus πᾶν θ', Brunckius ex uno codice ἁπάντων ἀεὶ scripsit.

V. 374. Syllabae defectum explet Triclinius scribendo δή νιν,

V. 359. οὐκ ἄψ. etc.] Alibi adiectivum est ἄψοῤῥος, ut Ant. 386. O. R. 431., hic vero adverbium, ut El. 53. 1430. Trach. 902. Recte enim Lobeckius: „ἄψοῤῥον adverbium hic esse adducor eo, quod ἄψοῤῥος πούς non legi, sed animantium hoc epitheton esse solet.“ Tum de locutione ἐκνέμεσθαι πόδα in censura edit. Lobeck. sec. ad v. 40. exposui. — Ceterum convenit ingenio Aiacis, quod a muliere moneri se indigne fert. Contra Chorum continuo post Tecmessam eadem deprecantem ita fert, ut nihil respondens de ingenti, quam contraxerit, ignominia conqueri pergat. Atque ita omnia, quae leguntur usque ad v. 419 ed. m., sic proferre Aiax censendus est, ut nihil advertens Chori Tecmessaeque preces et monita in una illa defixus cogitatione ignominiae haereat. Simillima ratio est El. 1160 — 1166 ed. meae.

V. 362. χερὶ μεθῆκα] Adscripsit Neuius Eur. Bacch. 1024 μεθίει διὰ χερῶν βλάστημ' ἄνω. recte adnotans simpliciorem tamen genitivum futurum fuisse.

V. 365. Schol.: κλυτὰ λέγει τὰ αἰπόλια διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς ταραχὰς καὶ φωνάς. Cfr. Passov. Lex. Gr. sub hac voce.

V. 366. αἷμ' ἔδευσα] Verba humectandi saepe sic usurpari, ut effundendi significatum habere videantur, Lobeckius ad hunc locum multis adlatis exemplis demonstravit.

(ἀντιστρ. β΄.)

ΑΙΑΣ.

ἰὼ πάνθ᾽ ὁρῶν, ἁπάντων τ᾽ ἀεὶ
κακῶν ὄργανον, τέκνον Λαρτίου,
κακοπινέστατόν τ᾽ ἄλημα στρατοῦ,
ἦ που πολὺν γέλωθ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς ἄγεις.

ΧΟΡΟΣ.

ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται.

ΑΙΑΣ.

ἴδοιμί νιν, καίπερ ὧδ᾽ ἀτώμενος.
ἰώ μοι μοι.

ΧΟΡΟΣ.

μηδὲν μέγ᾽ εἴπῃς. οὐχ ὁρᾷς, ἵν᾽ εἶ κακοῦ;

Hermannus νιν νῦν. Dindorfius in Zimmermanni Museo Stud. Antiq. ann. 1836. Nr. I. p. 7. scribendum coniecit ἴδοιν ἴδοιν νιν, vel ἴδοιμ᾽ ἴδοιν νιν, allato versu Euripideo, ἄφρων ἂν εἴην, εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας. et Cratini, ποδαπὰς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακας, οὐκ ἂν ἁμάρτοιν;

V. 368. οὐ γὰρ — ἔχειν] Non enim fieri possit, ut haec non ita se habeant, i. e. res enim facta infecta reddi nequit. Cfr. Matth. §. 623. ὅπως. 3.

V. 369 sq. πάνθ᾽ ὁρῶν — ὄργανον] Ad πάντα adsumendum quod sequitur nomen κακά videtur, ut hoc dicat Aiax: qui et cernis (rimaris) et exequeris scelera omnia. Vide quae ad Phil. 995. adnotavimus.

V. 371. ἄλημα] Recte hoc Scholiastae ad h. l. et ad v. 380. et ad Ant. 320. explicant τρίμμα, περίτριμμα, παιπάλημα.

V. 372. Schol.: τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ ἅπτεται, τὸ τῷ ἐχθρῷ καταγέλαστον εἶναι.

V. 373. ξὺν τῷ θεῷ etc.] Hermannus: „quivis, quum deo visum est, et ridet et lacrimatur, i. e. si nunc gaudet ille, erit etiam, ubi dolebit.“ Immo hoc dicere videtur: Et bona et mala, quibus fruuntur homines, a dis mittuntur. Quo dicto idem hic Chorus praecipit Aiaci atque Philoctetae Neoptolemus (Phil. 1316 sq.): ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας ἔστ᾽ ἀναγκαῖον φέρειν.

V. 374. ἴδοιμι — ἀτώμενος] Bene Scholiastes: τοῦ χοροῦ τὸν περὶ θεῶν λόγον ἐμβαλλομένου, οὐκ ἐφίεται ὁ Αἴας, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς ἰδίας δυνάμεως ἐπαίρεται· φησὶν οὖν· ἴδοιμι αὐτὸν καίπερ οὕτως κακούμενος· δῆλον γὰρ ὅτι ἀμυνοῦμαι, εἰ καὶ θεοὶ συλλαμβάνουσιν αὐτῷ.

V. 376. μηδὲν μέγ᾽ εἴπῃς] Μέγα et μεγάλα εἰπεῖν significat impia, insolentia dicere. Cfr. Hom. Od. δ, 500 sqq.

(ἀντιστρ. γ'.)

ΑΙΑΣ.

ὦ Ζεῦ, προγόνων προπάτωρ, πῶς ἂν τὸν αἱμυλώτατον,
ἐχθρὸν ἄλημα, τούς τε δισσάρχας ὀλέσσας βασιλῆς
τέλος θάνοιμι καὐτός.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὅταν κατεύχῃ ταῦθ', ὁμοῦ κἀμοὶ θανεῖν
εὔχου· τί γὰρ δεῖ ζῆν με, σοῦ τεθνηκότος;

(στροφὴ δ'.)

ΑΙΑΣ.

ἰώ

V. 387. Brunckius contra metrum ex aliquot libris ἕλεσθέ μ', ἕλεσθ' οἰκήτορα scripsit.

V. 390. Brunckius ὄνασιν.

V. 391. Non recte Hermannus ex paucis nec bonis codd. Διός γ' scripsit. Alienissima enim γὲ particula ab hoc loco est.

καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα, καὶ ἐχθόμενός περ Ἀθήνῃ (sc. Αἴας), εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε, καὶ μέγ' ἀάσθη· φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. τοῦ δὲ Ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος. ad quem locum Eustathius: τὸ μεγάλα αὐδῆσαι τουτέστιν ὑπερφανεύσασθαι, πεποίηκε μὲν τὴν παρὰ τοῖς ὕστερον μεγαλοῤῥημοσύνην, ταυτὸν δέ ἐστι τῷ ὑπερφίαλον ἔπος ἐκβαλεῖν, πλὴν ὅσον σφοδρὸν μὲν τὸ ὑπερφίαλον, λεῖον δὲ καὶ σεμνὸν τὸ μέγα. Eodem sensu dictum El. 830 μηδὲν μέγ' ἀΰσῃς. Nolo alia afferre. Similiter Latini, ut Virg. Aen. X, 547 dixerat ille aliquid magnum. Illud non inutile erit adiecisse, quod Lobeckius monet, μέγα λέγειν non solum magniloquentiam significare, sed etiam clara et contenta voce loqui coll. Plat. Rep. V. 449. B. Protag. 310. B. Amator. 133. B. Alcib. I, 110. C., sed μεγάλα λέγειν nunquam non de magniloquentia dici.

V. 379. προγόνων προπάτωρ] Schol. rec.: πρόγονος πατὴρ, πάππος, καὶ οἱ ἀνωτέρω. Vide fabulam Aiacis not. I. — De πῶς ἄν, utinam, vide Philoct. 777 ed. meae.

V. 380. δισσάρχας βασιλῆς] De δισσάρχας vide quae ad 245. δικρατεῖς diximus. De forma ὀλέσσας ad v. 184. monitum est.

V. 385. ἐμὸν φάος] Scholiastes: λέγει δὲ σκότος ἐμὸν φάος, ὡς εἴ τις τὸν θάνατον σωτηρίαν νομίζειεν.

V. 386. ἔρεβος ὦ φ.] De

σκότος, ἐμὸν φάος,
ἔρεβος ὦ φαεννότατον ὡς ἐμοί,
ἕλεσθ᾽, ἕλεσθέ μ᾽ οἰκήτορα,
ἕλεσθέ μ᾽· οὔτε γὰρ θεῶν γένος οὔθ᾽ ἁμερίων
ἔτ᾽ ἄξιος βλέπειν τιν᾽ εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων.
ἀλλά μ᾽ ἁ Διὸς
ἀλκίμα θεὸς
ὀλέθριον αἰκίζει.
ποῖ τις οὖν φύγῃ;
ποῖ μολὼν μενῶ;
εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι,
τοῖσδ᾽ ὁμοῦ πέλας,
μωραῖς δ᾽ ἄγραις προςκείμεθα,
πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με χειρὶ φονεύοι.

Neque ullo modo in brevi syllaba haerendum. Vide quae ad O. R. 1192. in nota critica attuli exempla.

V. 396 sqq. *εἰ τὰ μὲν — πέλας*] Assentior Hermanno, in litteris nuper ad me datis restitui haec sine novis codicibus aut scholiis posse neganti utpote lacunosa. Excidisse enim hic aliquot verba, manifesto apparere vel ex numeris versuum antistrophicorum verissime a se restitutis.

ordine verborum vide Matth. §. 277. 6. p. 565.; de ὡς ἐμοὶ eundem §. 388. a.

V. 389 sq. οὔτε — ἀνθρώπων] Struenda verba hoc modo sunt: οὔτε γὰρ εἰς θεῶν γένος, οὔτε εἴς τιν᾽ ὄνησιν ἁμερίων ἀνθρώπων ἔτι ἄξιός εἰμι βλέπειν, iam enim indignus sum, qui deorum hominumve opem exspectem. De βλέπειν εἴς τινα cfr. Ant. 909 ed. meae, de praepositione ante secundum demum substantivum posita Ant. 367 ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἐσθλὸν ἕρπει. ibid. 1176 πότερα πατρῴας ἢ πρὸς οἰκείας χερός; Trach. 765 sq. σεμνῶν ὀργίων — κἀπὸ πιείρας δρυός. Alia exempla attulerunt Mehlhorn. ad Anacr. p. 71. Wellauer. ad Aesch. Eumen. 673. Matth. §. 595, 4. Vide imprimis Doederlin. de brachyl. p. 5. Denique de ἁμερίων ἀνθρώπων confer Ant. 790 ἁμερίων ἐπ᾽ ἀνθρώπων.

V. 391 sq. ἁ Διὸς ἀλκίμα θεὸς] Eiusdem generis est v. 450. 952.

V. 393. ὀλέθριον αἰκίζει] Non male Scholiastes ὀλέθριον interpretatur μέχρι θανάτου, quanquam melius etiam sic videtur explicari potuisse, ut peream.

V. 394. ποῖ τις etc.] Pronomen τὶς eodem sensu positum quo supra 240.

V. 396 sq. εἰ τὰ μὲν — πέλας] Haec ita corrupta sunt, ut, quid fere dictum a poeta fuerit, nulla coniectura divinari queat.

V. 400. Schol.: δίπαλτος· ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν, οἷον πε-

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὢ δυςτάλαινα, τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον
φωνεῖν, ἃ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἔτλη ποτ' ἄν.

(ἀντιστρ. δ'.)

ΑΙΑΣ.

ἰὼ
πόροι ἁλίρροθοι,
πάραλά τ' ἄντρα, καὶ νέμος ἐπάκτιον,
πολύν, πολύν με, δαρόν τε δὴ
κατείχετ' ἀμφὶ Τροίαν χρόνον· ἀλλ' οὐκέτι μ',
οὐκ
ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα. τοῦτό τις φρονῶν ἴστω.

V. 403. ἰὼ primus Brunckius addidit.

V. 406. Brunckius ex uno Mosq. B. πολύν με, πολὺν δαρόν etc. scripsit.

V. 412. Metri causa scripsi ἐύφρονες. Libri εὔφρονες. Neque enim iam illa omnino probo, quae ad Ant. in Consp. Metr. v. 781. p. 163. dixi.

ριδεξίως με φονεύοι· παντὶ σθένει, ὡς Δίδυμος· ἢ ὁ στρατός με φονεύοι λαβὼν τὰ δίπαλτα δοράτια, ὡς Πῖος φησίν. Eustathius p. 674, 13 παλτὸν εἶδος ὅπλου, ἐξ οὗ παρὰ Σοφοκλεῖ δίπαλτος φονεύς. Hermanno videtur idem significare atque Homericum ἔχων δύο δοῦρε, ita ut sit bene armatus. Nihil fere quod operae pretium esset attulit Blomf. ad Aesch. Spt. c. Th. gloss. 985. De εἰ φονεύοι ἄν dixit Hermannus ad Vig. p. 835. Matth. §. 525. Rost. §. 121. annot. 8. De χειρὶ ad v. 27. monitum est.

V. 401. sq. τοιάδ' — φωνεῖν] Infinitivus aptus ex exclamatione; cfr. Matth. §. 544. Rost. §. 125. not. 5.; de ἔτλη ἄν vide ad 119 sq. Voc. χρήσιμον Scholiastes explicat γενναιότατον.

V. 404. πόροι ἁλίρροθοι] Brunckius: fluvii in mare prolabentes (ἅλαδε προρέοντες). Atque eodem modo Scholiastes, cum eoque Hesychius. Sed non aliter haec explicanda videntur, quam in Aeschylo Pers. 365 πόροι ἁλίρροθοι sive ἐνάλιοι v. 451., fluctus marini, quos Aiax de litore prospiciebat. Αἰγαίου πελάγους ἐνάλιος πόρος Archestr. Athen. VII, 278. D. cfr. Tafel. Dilucidd. Pind. T. I. p. 57. LOB.

V. 405. Schol.: νέμος ἐπάκτιον· τὸ ἄλσος τοῦ ὄρους τῆς Ἴδης τὸ παράλιον.

V. 409. Schol.: ἀμπνοὰς ἔχοντα· ζῶντα. — τοῦτο· ὅτι οὐκ ἔχω ἔτι ζῆν.

V. 410 sqq. Σκαμάνδριοι — Ἀργείοις] Eurip. Hel. 54 Σκαμανδρίοις ῥοαῖσι. 259 Σιμουντίοις ῥοαῖς. Has Schol. dicunt εὔφρονας Ἀργείοις vocari aut quia omnes fluvii grati sint διὰ τὸ ποτόν, ut Aesch. Pers.

ὦ Σκαμάνδριοι
γείτονες ῥοαί,
εὔφρονες Ἀργείοις,
οὐκ ἔτ' ἄνδρα μὴ
τόνδ' ἴδητ', ἔπος
ἐξερέω μέγα,
οἷον οὔτινα
Τρωΐα στρατοῦ
δέρχθη χθονὸς μολόντ' ἀπὸ
Ἑλλανίδος· τανῦν δ' ἄτιμος ὧδε πρόκειμαι.

ΧΟΡΟΣ.

οὔτοι σ' ἀπείργειν, οὔθ' ὅπως ἐῶ λέγειν
ἔχω κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα.

V. 415 sqq. ἐξερέω — στρατοῦ] Scripsi ita ex egregia Hermanni coniectura, per litteras nuper mecum communicata. Vulgo haec in duo versus divisa scribebantur ita: ἐξερέω μέγ', οἷον οὔτινα Τροία στρατοῦ. De forma Τρωΐα conferri Hermannus Boeckhii Expl. Pind. p. 506. iubet.

435 Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ, aut ἐμοὶ ἐχθραὶ ῥοαί, εὔφρονες δὲ τοῖς Ἀργείοις, τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς, quod multo significantius graviusque esse concedent qui meminerint homines gravi iniuria laesos cuncta sibi infesta, inimicis propitia et quasi confoederata credere. Cfr. 459 ἐχθει πεδία τάδε. nec repugnat v. 862. Eustathius p. 890, 22. Scamandrum sic dici existimat διὰ τὸ χρησιμώτατον γενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν. LOB.

V. 413 sq. ἄνδρα τόνδε] Vide ad v. 78.

V. 414 sq. ἔπος ἐξερέω μέγα] Vide quae ad v. 376. diximus. Putabatur autem utique Aiax excepto Achille praestantissimus ducum. Vide quae in fabula Aiacis not. 8. adnotavimus. Scholiastes: οὐ νεμεσητὸν τῷ Αἴαντι μεγαλαυχεῖσθαι. ὅταν μὲν γάρ τις ἐν μετρίᾳ διαγωγῇ ᾖ, τότε εὐσχημον περιστέλλειν τὰ ἑαυτοῦ πλεονεκτήματα· ἀπηυδηκότα δὲ ἄνδρα οὐκ ἄν τις μέμψαιτο εἰ μεγαλαυχεῖται, ὁποῖα καὶ ὁ Ἡρακλῆς (Trach. 1090 sqq.) ἐν τῷ τέλει ὢν περὶ τῆς ἀνδρείας αὐτοῦ διέξεισι· καὶ γίνεται ἐπίτασις τοῦ πάθους, ὁπόταν τὸ τοιοῦτο διαφθείρηται· ἔτι δὲ αὔξεται τὸ πάθος, οὐχ ὑπὸ ἄλλου, ἀλλ' ὑπὸ αὐτοῦ.

V. 419. πρόκειμαι] Non inutile est de huius verbi usu Blomfield. ad Aesch. Spt. c. Th. gloss. 963. consuluisse.

V. 420 sq. οὔτοι σ' etc.] De duplici verbi ἔχειν structura cfr. Ant. 270 sq. οὐ γὰρ εἴχομεν οὔτ' ἀντιφωνεῖν, οὔθ' ὅπως δρῶντες καλῶς πράξαιμεν. Pro coniunctivo autem, quo hic poeta usus est, illic optativus debebat poni, quod praecedit tempus praeteritum. De οὔτοι — οὔτε egit Matth. §. 609. Schol.: ὁ χορός ἐστιν ὁ λέγων· ἐνδίδωσι

ΑΙΑΣ.

αἰαῖ· τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ
καὶ τρίς· τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω·
ὅτου πατὴρ μὲν τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς
τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ,
πρὸς οἶκον ἦλθε πᾶσαν εὔκλειαν φέρων·
ἐγὼ δ' ὁ κείνου παῖς, τὸν αὐτὸν ἐς τόπον
Τροίας ἐπελθὼν οὐκ ἐλάσσονι σθένει,

V. 439. τό τ' ὄμμα καὶ ipse scripsi. Libri τόδ' ὄμμα καὶ.

γὰρ ὁ χορὸς τῷ κάμνοντι, ὅπερ ἐστὶν εἶδος παραμυθίας· ἡ δὲ Τέκμησσα τοῦτο οὐκ ἐποίει.

V. 422 sq. τίς ἄν — κακοῖς] Non male Scholiastes: συνῳδὸν ἔσεσθαι καὶ ἐπώνυμον τοῖς κακοῖς· ἔπλεξε δὲ τὸ ὄνομα παρὰ τὸ αἰαῖ τὸ θρηνητικόν. Iungenda enim verba sunt ἐπώνυμον ξυνοίσειν, ita ut pro ξυνοίσειν suffecisset etiam simplex verbum ἔσεσθαι. Sed vide ad 69 sq. Ceterum istiusmodi nominum derivationum exempla plurima ex tragicorum aliorumque poetarum carminibus collegit Elmsleius ad Eur. Bacch. 508. Cfr. imprimis Lobeck. Aglaoph p. 870. Alii tamen nomen Αἴας ab αἰετός derivandum putarunt; vide quae in fabula Ai. not. 4. exposuimus. Schol.: ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἀρχαιότροπον, τὸ πρὸς τὰς ὀνομασίας ἐκφέρειν τὰς συμφοράς· καλῶς μὲν οὖν πράττων οὐκ ἂν ἐμέμνητο τοῦ διανοήματος· ἐν συμφορᾷ δὲ ὤν. — ξυνοίσειν· ξυνδραμεῖν καὶ συνενεχθῆναι καὶ εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν. Cfr. Elmsl. ad Eur. Heracl. 919.

V. 427. Schol.: τὰ πρῶτα καλλιστεῖα· εἴληφε τὴν Ἡσιόνην παρὰ τοῦ Ἡρακλέους. Vide fabulam Aiacis not. 4. et 5. De locutione καλλιστεῖα ἀριστεύειν στρατοῦ in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. dixi.

V. 428. πᾶσαν εὔκλειαν] Latine dixeris summam gloriam. Vide ad Phil. 141 sq. ed. meae.

V. 431. Schol.: ἀρκέσας· δείξας, βοηθήσας, πράξας. Immo ἔργα ἀρκεῖν ita dictum est, ut fere sit ἄρκεσιν ἐργαστικὴν ἀρκεῖν. Vide quae dixi in censura ed. Lob. sec. ad v. 42.

V. 435. Schol.: κρίνειν ἔμελλε· μετὰ κρίσεως διδόναι τινὶ κράτος ἀριστείας, ἤγουν ἔμελλε κρίνειν, τίς ὁ κρατῶν ἐν ταῖς ἀριστείαις. Itaque κράτος ἀριστείας κρίνειν τινί erit principatum summae virtutis alicui adiudicare.

V. 436. ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ] Vide quae de hac locutione ad O. C. 484. diximus.

V. 437. Schol.: παντουργῷ· πάντα πράττοντι καὶ μηδὲν ὑποστελλομένῳ, πανούργῳ καὶ ἀναιδεῖ. Cfr. Phil. 636 ἀλλ' ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτά, πάντα δὲ τολμητά. Similiter Aesch. Spt. c. Th. 655 φωτὶ παντόλμῳ φρένας.

V. 438. ἔπραξαν] Fecerunt ut contingeret. Re-

οὐδ᾽ ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς,
ἄτιμος Ἀργείοισιν ὧδ᾽ ἀπόλλυμαι.
καίτοι τοσοῦτόν γ᾽ ἐξεπίστασθαι δοκῶ,
εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι
κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί,
οὐκ ἄν τις αὔτ᾽ ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ᾽ ἐμοῦ.
νῦν δ᾽ αὔτ᾽ Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας
ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ᾽ ἀπώσαντες κράτη.
κεἰ μὴ τό τ᾽ ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι
γνώμης ἀπῇξαν τῆς ἐμῆς, οὐκ ἄν ποτε

Cfr. v. 630. ed. meae.

spondet locutio Graeca, *πράττειν τί τινι*, nostrae iemandem etwas verschaffen, habetque significationem clandestinae molitionis et studii partium. Vide Ducker. ad Thucyd. IV, 89.

Ibid. Schol.: ἀνδρὸς τοῦδε· δεικτικῶς ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ. κράτη· νίκην.

V. 439 sq. *κεἰ μὴ — τῆς ἐμῆς*] Ac nisi et oculus et animus depravatus esset et a consilio quod ceperam aberrasset. Vide quae ad v. 51 sq. adnotata sunt. De locutione *φρένες διάστροφοί εἰσιν* cfr. Aesch. Prom. 673 *εὐθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι ἦσαν.* Adde Eur. Bacch. 1165 *ἐν διαστρόφοις ὄσσοις.* Referenda huc Libanii verba esse Lobeckius monet, Ep. 851. p. 400. scribentis *σὺ δὲ μικροῦ ἐμιμήσω τὸν Αἴαντα, τὸν ἄλλα μὲν βουληθέντα, ἄλλα δὲ ἀναγκασθέντα.* Scholiastes: *εἰ μὴ δι᾽ ἔκστασιν τοῦ δέοντος ἐξέπεσον αἱ διάνοιαί μου, οὐκ ἄν ποτε ἄλλου οὕτως ἀδίκως κατεψηφίσαντο.*

V. 440 sq. *οὐκ ἂν — ἐψήφισαν*] Scriptor prosaicus forma media usus esset, uti dixit Plat. Gorg. 515. E. *οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην κατεψηφίσαντο αὐτοῦ.* Deinde haerere quis possit in indicativo aoristi, quo non significetur id, quod Brunckius posuit, qui haec ita interpretatus est: haud amplius illi talem sententiam contra quemquam laturi essent, sed hoc: nunquam contra alium istiusmodi sententiam tulissent. Quod ita dictum, ut Atridae, id quod non factum est, iudicasse de alio post Aiacem significari videantur, Itaque Lobeckius *οὐκ ἂν ἐψήφισαν* pro *οὐκ ἂν ψηφίσειαν*, quod esset, non tulerint, dictum putat, me non probante. Immo mihi quidem aor. indicativi eadem quae vulgo significatio esse, poeta autem brevitati videtur studuisse, hoc significans; fecissem, ut nunquam adversus alium virum istiusmodi sententiam ferrent, i. e. occidissem. Denique Eustathius p. 361, 29, inter alios Sophoclis anachronismos refert *τὸ οὐκ ἄν ποτε δίκην ὧδ᾽ ἐψήφισαν· ψηφίζειν γὰρ οὔπω ᾔδεσαν ἥρωες.* At huius anachronismi debebat etiam Pindarum insimulare, quem vi-

δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν.
νῦν δ' ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάματος θεὰ
ἤδη μ' ἐπ' αὐτοῖς χεῖρ' ἐπευθύνοντ' ἐμὴν
ἔσφηλεν ἐμβαλοῦσα λυσσώδη νόσον,
ὥστ' ἐν τοιοῖσδε χεῖρας αἱμάξαι βοτοῖς.
κεῖνοι δ' ἐπεγγελῶσιν ἐκπεφευγότες,
ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος. εἰ δέ τις θεῶν
βλάπτοι, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα.
καὶ νῦν τί χρὴ δρᾶν; ὅστις ἐμφανῶς θεοῖς
ἐχθαίρομαι, μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατός,
ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα καὶ πεδία τάδε.

V. 442. ἀδάματος restituendum esse iam in Adv. in Phil. p. 84 sq. monui. Adde Elmsl. ad O. R. 196. et Reisig. Comm. Crit. in O. C. p. 385. Recepit nuper Hermannus. Libri ἀδάμαστος.

de in nota ad v. 1108. huius fabulae.

V. 442. νῦν δὲ] Dictum de harum particularum usu ad O. C. 269 ed. meae est.

V. 445. ὥστ' ἐν τοιοῖσδε — βοτοῖς] i. e. ἐν τοιοῖσδε, δηλονότι βότοις. Simillimo igitur modo τοιόσδε coniunctum hic (adde v. 216.) cum substantivo βοτόν est, quo ἄλλος coniungi cum substantivis solere ad Philoct. 38. docui. Minus enim offensionis habet, quod Phil. 1271. positum est, τοιοῦτος ἦσθα — πιστός, ἀτηρὸς λάθρα, i. e. δηλονότι πιστός etc. Non recte Matthiaeum haec sic explicare: tam vilibus pecudibus, in censura ed. Lob. sec. docui.

V. 447. ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος] Scholiastes: πάνυ γενναίως ἐμμένει τῷ λήματι· τὸ γὰρ ἐφ' ἑαυτῷ ἀνῃρηκέναι φησὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἡττῆσθαι οὐχ ὑπ' ἐκείνων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπήρειαν τοῦ θεοῦ.

V. 448. φύγοι τἂν] De τοὶ particula in apodosi posita ad O. C. 1361. monuimus, de sententia confer El. 696 ὅταν δέ τις θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν.

V. 449 sqq. ὅστις — Τροία] i. e. ὅντινα θεοὶ ἐχθαίρουσι, μισεῖ δὲ στρατός, ἔχθει δὲ Τροία. De mutata structura vide Matth. §. 472. 3.

V. 452. πότερα] Saepe πότερα et πότερον ita ponunt scriptores Graeci, ut alteram interrogationem aut suppriment, aut aliis particulis usi quam ἢ particula efferant. Posterius hic factum; nam sequitur altera interrogatio v. 458 ἀλλὰ δῆτ' etc. Suppressa altera interrogatio est O. C. 533. Phil. 1235. Platon. Protag. p. 359. c., de Legg. I. p. 626. c. et alibi.

V. 452 sq. λιπὼν — Ἀτρείδας] Eur. Hel. 1199 κενὰς λιποῦσ' ἕδρας. Iph. A. 806 οἴκους ἐρήμους ἐκλιπόντες. Tryphiod. 141 λιπόντες ἐρημαίην χθονὸς ἀκτήν. Plat. Polit. 298. b. καταλιπόντες ἐρήμους. et Plutarch. Lucull. c. 30 οἰχήσονται τὸν Πόντον ἔρημον ἀπολιπόντες id est destituentes, quod plus

πότερα πρὸς οἴκους, ναυλόχους λιπὼν ἕδρας
μόνους τ' Ἀτρείδας, πέλαγος Αἰγαῖον περῶ;
καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς
Τελαμῶνι; πῶς με τλήσεταί ποτ' εἰςιδεῖν
γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ,
ὧν αὐτὸς ἔσχε στέφανον εὐκλείας μέγαν;
οὐκ ἔστι τοὔργον τλητόν. ἀλλὰ δῆτ' ἰὼν
πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις
καὶ δρῶν τι χρηστόν, εἶτα λοίσθιον θάνω;
ἀλλ' ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που.
οὐκ ἔστι ταῦτα. πεῖρά τις ζητητέα

V. 442. E Par. E. T. paucisque aliis Brunckius ἐπενπεῖνοντ' scripsit.

V. 448. φύγοι τἂν cum Hermanno ex Mosq. a. rescripsi. Vulgo φύγοι γ' ἄν.

est quam relinquentes, idque hoc loco significari Scholiastes docet. LOB.

V. 454 sq. ποῖον ὄμμα — Τελαμῶνι] Compararunt interpretes O. R. 1371. Phil. 110. Eur. Iph. A. 445 ποῖον ὄμμα συμβαλῶ; Herod. I, 37 νῦν τε τέοισί με χρὴ ὄμμασι — φαίνεσθαι; Aeschin. Ctesiph. p. 512 ποίοις ὄμμασι τὰς ἱκεσίας ποιήσεσθε; Ovid. Heroid. VI, 145 quo vultu natos, quo me, scelerate, videres?

V. 455. τλήσεται] Animum inducet. Sic τολμᾷ v. 528. Vide ad O. C. 180. ed. meae.

V. 456. γυμνὸν — ἄτερ] Sic v. 750. Ant. 445 ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον. Phil. 31 ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα et alibi.

V. 457. ὧν — στέφανον εὐκλείας] De duplici genitivo vide 605 sq. et Matth. §. 380., de locutione στέφανον εὐκλείας adscripsit Lobeckius Eur. Suppl. 325. Antiop. fr. XXXVIII, 4. ed. Dind., quibus in locis idem quod hic positum est, Dionys. Antig. VI, 58 στέφανος ἀριστείας. Plutarch. Comp. Philop. cum Flam. c. 3 στέφανος δικαιοσύνης καὶ χρηστότητος. Philostr. V. Ap. VII, 14, 294 στέφανον ἀρετῆς στεφανωσάμενος ἥκω.

V. 458 sqq. ἀλλὰ δῆτ' — εἶτα λοίσθιον θάνω] De particularum ἀλλὰ δῆτ' — εἶτα usu ad Phil. 1324. diximus. De re, ad quam respicere hic Sophocles videtur, in fab. Ai. not. 6. expositum est.

V. 461. ἀλλ' ὧδέ γ' — που] Nonne igitur propria manu oppetens gratam rem Atridis fecit? Aliud, puto, est, quod hic cavendum censuit Aiax, ne Troianorum stragem edens traderet fessis leviora tolli Pergama Graiis. MUSG. Scholiastes: ἀλλ' εὐφρανθήσονται οἱ Ἀτρεῖδαι, ἐάν τι γενναῖον δράσας πρὸς τοὺς Τρῶας ἀποθάνω, ἀγνοοῦντες, ὅτι ἑκουσίως γέγονέ μοι ὁ θάνατος.

τοιάδ᾽, ἀφ᾽ ἧς γέροντι δηλώσω πατρὶ
μήτοι φύσιν γ᾽ ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς.
αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου,
κακοῖσιν ὅςτις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.
τί γὰρ παρ᾽ ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει
προςθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν;
οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτόν,
ὅςτις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.
ἀλλ᾽ ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
τὸν εὐγενῆ χρή. πάντ᾽ ἀκήκοας λόγον.

V. 468. Brunckius κἀνεθεῖσα scripsit, quod est in Bodl., a pr. manu in Aug. c., et supra lineam notatum in Par. 1., La.,

V. 464. φύσιν γ᾽] Adverte vim γὲ particulae, quae facit, ut revera similem se patris sui sive fortissimum se esse dicat Aiax, quamvis virtutis praemiis non sit ab Atridis ornatus.

V. 466. Schol.: κακοῖσιν ὅςτις· ὅςτις διαλλαγὴν οὐ δέχεται, ἀλλ᾽ ἀεὶ ἐν κακοῖς ἐξετάζεται. Hoc dicit: qui nihil commutatur quod attinet ad mala, i. e. cuius mala nunquam quicquam commutantur. Vide quae ad O. R. 25. adnotavi.

V. 467 sq. τί γὰρ — κατθανεῖν] Explicat his verbis Aiax, non cur hominem miserum, sed cur omnino homines vitam longam appetere dedeceat. Dicit autem hoc: quid enim dies delectare homines potest, alternis diebus dans adimensque leto? id est, quid enim vita delectare homines potest, in qua alterna dies det adimatque leto? Negat igitur delectare homines vitam hanc posse, qua qui fruantur eorum nemo sciat, ut verbis Horatii (Od. IV, 7, 17.) utar, an adiiciant hodiernae crastina summae tempora di superi? Similia sunt quae posuit Sophocles Trach. 943 sqq. ὥςτ᾽ εἴ τις δύο ἢ καὶ πλέους τις ἡμέρας λογίζεται, μάταιός ἐστιν. οὐ γάρ ἐσθ᾽ ἥ γ᾽ αὔριον, πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν. Hinc homines saepe dicti ἐφήμεροι et ἡμέριοι, ut supra v. 399. Ceterum vide quae in censura ed. Lob. sec. quum ad confirmandam hanc quam proposui interpretationem, tum de ceterorum editorum explanationibus exposui. Addo hic quae Eustathius habet p. 906, 35 τὸ μετ᾽ εὐκλείας θανεῖν τῶν ἀγαθῶν μόνον ἴδιον, καὶ τὴν παραυτίκα σωτηρίαν οὐκ ἀπαλλαγὴν θανάτου δοξάζει, ἀλλὰ μικρὰν χρόνου ἀναβολήν· τί γὰρ παρ᾽ ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει; Adscripsit Lobeckius Plutarch. Caes. c. 57 βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προςδοκᾶν. Liban. T. IV. 1431 ἧττον εἰς συμφορὰν εἰςάπαξ ἀποθανεῖν ἢ πολλάκις ἐγγὺς ἰέναι τοῦ θανάτου.

V. 470. ὅςτις — θερμαίνεται] Iuvat adscripsisse Horat. Od. I, 4, 15 sqq. vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Iam te premet nox, fabu-

ΧΟΡΟΣ.

οὐδεὶς ἐρεῖ ποθ', ὡς ὑπόβλητον λόγον,
Αἴας, ἔλεξας, ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός.
παῦσαί γε μέντοι καὶ δὸς ἀνδράσιν φίλοις
γνώμης κρατῆσαι τάσδε φροντίδας μεθείς.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὦ δέσποτ' Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.
ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρός,

Θ, et Lips. a.

laeque manes, et domus exilis Plutonia.

V. 471 sq. ἀλλ' ἢ καλῶς — χρή] De sententia vide ad El. 1065 sqq. ed. meae.

V. 472. πάντ' — λόγον] Vide ad Phil. 1212 ed. meae. Inesse autem in ea locutione hoc quidem loco hic simul sensus videtur: sic stat sententia.

V. 477 — 516. Summa totius orationis haec est: noli, quaeso, Aiax, necem tibi inferre, ne aut tibi ipsi maxima opprobria inimicorum tuorum pares, aut mihi ac filio parentibusque tuis summum dolorem calamitatemque infligas. — Ceterum non dubium est, quin poetae haec scribenti egregius ille locus Homericus, qui Il. ζ, 407 — 439. legitur, obversatus sit.

V. 477. τῆς ἀναγκαίας — κακόν] Ἀναγκαία τύχη nunquam de secundis, sed de adversis, quibus quis premitur, rebus dicitur, significatque non eluctabilem fortunam sive sortem. Quae cuiusmodi singulis in locis intelligenda sit, ubique e ratione eorum cognosci tantum potest. Ita huius fab. 803 πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης significari mortem, ex verbis praecedentibus, ὅς αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει, apparet. In Electr. v. 48 τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης appellatur simulatus Orestis obitus ἀναγκαία τύχη, quod non sua sponte, sed misero et fatali naufragio, quod fecit, in ludis Pythicis perisse fingebatur. Hoc loco ἀναγκαίαν τύχην amissam libertatem sive miseram hominis imperio alius subiecti conditionem (vide ad El. 1174 ed. m.) significare, et Eustathius monuit p. 1089, 38 παρὰ Σοφοκλεῖ ἀναγκαία τύχη ἡ δουλική, et e sequentibus verbis, ἐγὼ δ' ἐλευθέρου — δούλη, manifestissime apparet. Sensus enim nexusque totius loci hic est: summum malum est libertate privatum esse. Ego autem, quum fuissem libera, regis Phrygii, hominis opulentissimi, filia, nunc in servitutem tuam perveni, a te capta. Cui quum bene cupiam, in matrimonium ducta, obsecro te, ut mei misereare, neque aut

εἴπερ τινός, σθένοντος ἐν πλούτῳ, Φρυγῶν·
νῦν δ' εἰμὶ δούλη. θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που,
καὶ σῇ μάλιστα χειρί. τοιγαροῦν ἐπεὶ
τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον, εὖ φρονῶ τὰ σά,
καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διός,
εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοί,
μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν
τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, χειρίαν ἐφείς τινι.
ᾗ γὰρ θάνῃς σὺ καὶ τελευτήσας ἀφῇς,
ταύτῃ νόμιζε κἀμὲ τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
βίᾳ ξυναρπασθεῖσαν Ἀργείων ὕπο,
ξὺν παιδὶ τῷ σῷ δουλίαν ἕξειν τροφήν.
καί τις πικρὸν πρόσφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ,

V. 485. Brunckius ex Par. 1. paucisque aliis codd. ἧς ξυνηλλάχθης.
V. 487. Vulgo ἀφείς. Illud in La., ubi α suprascriptum

mihi maiora etiam mala pares, quibus afficiar, si te vidua facta ero, aut ipse in summa inimicorum opprobria incidas. De forma initii orationis confer Ant. 683 sqq.

V. 480. Schol.: εἴπερ τινός· ἀντὶ τοῦ· ὡς οὐκ ἄλλου τινός. Est fere idem atque μέγιστα σθένοντος ἐν πλούτῳ. Exempla similia et Lobeckius ad hunc locum attulit et Matth. §. 617. e. De ἐν praepositionis usu ad Phil. 60. dixi. Sic infra ἐν σοὶ σώζομαι. Denique nomine πλοῦτος non tantum divitiae, sed omnes omnino opes significantur. Cfr. v. 519 τίς πλοῦτος. Trach. 134. O. R. 380. El. 648. et O. R. 1070 ταύτην δ' ἐᾶτε πλουσίῳ χαίρειν γένει.

V. 482. καὶ σῇ — χειρί] Corrigit se prudentissima mulier, quae nisi hoc addidisset, vix aequo animo laturus fuit irreverens deorum Aiax, quod illa dixerat, θεοῖς ὧδε δόξαι. SCHAEF.

V. 483. τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον] Vide quae ad Trach. 27 sq. λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν ξυστᾶσα dixi. Scholiastes: εὖ φρονῶ· εὔνους σοι καθίσταμαι.

V. 484. Schol.: ἐφεστίου· συνοίκου. οἱ συνοικοῦντες Ἐφέστιον Δία προτείνουσιν, οἱ δὲ φίλοι Φίλιον.

V. 485. ᾗ συνηλλάχθης ἐμοί] i. e. δι' ἧς ἐμοὶ συνηρμόσθης. Similiter Eur. Troad. 74 λέκτρα καὶ γάμοι, οἷς ἦλθον ἐς μέλαθρον Ἕκτορος.

V. 486 sq. βάξιν ἀλγ. λαβεῖν — ὑπ' ἐχθρῶν] i. e. ἀλγεινὰ βάζεσθαι ὑπὸ τῶν σῶν ἐχθρῶν. Vide ad v. 337. Explicatur autem hoc v. 492 sqq. καί τις πικρὸν etc.

V. 487. χειρίαν ἐφείς τινι] Cfr. v. 1297 ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν.

V. 488. ᾗ γὰρ θάνῃς] De coniunctivo vide Matth. §. 527. not. 2. Rost. §. 123. not. 1.

λόγοις ἰάπτων· ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει.
τοιαῦτ' ἐρεῖ τις. κἀμὲ μὲν δαίμων ἐλᾷ,
σοὶ δ' αἰσχρὰ τἄπη ταῦτα καὶ τῷ σῷ γένει.
ἀλλ' αἴδεσαι μὲν πατέρα τὸν σὸν ἐν λυγρῷ
γήρᾳ προλείπων, αἴδεσαι δὲ μητέρα
πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον, ἥ σε πολλάκις
θεοῖς ἀρᾶται ζῶντα πρὸς δόμους μολεῖν·
οἴκτειρε δ', ὦναξ, παῖδα τὸν σόν, εἰ νέας
τροφῆς στερηθεὶς σοῦ διοίσεται μόνος
ὑπ' ὀρφανιστῶν μὴ φίλων, ὅσον κακὸν
κείνῳ τε κἀμοὶ τοῦθ', ὅταν θάνῃς, νεμεῖς.

est, Lb. Γ. et in lemmate scholii.
V. 488. ἢ ex Bothii coniectura scripsi. Libri plerique ἡ, ceteri ἦν. Tum Brunckius τελευτήσας μ' ἀφῇς scripsit.

V. 492. προςφθεγμα — ἐρεῖ] Non dissimiliter dictum El. 1213 οὔ σοι προςήκει τήνδε προςφωνεῖν φάτιν.

V. 493. λόγοις ἰάπτων] Hermannus adscripsit Aesch. Spt. c. Th. 388 θένειν ὀνείδει. Adde quae ad v. 1216. adnotavimus.

V. 495. ἀνθ' ὅσου ζήλου] i. e. ἀντὶ βίου μάλιστα ζηλωτοῦ. De duplici exclamatione οἵας — ὅσου vide v. 557. 923. et Matth. §. 488. not. 1. Tum τρέφειν pro ἔχειν ponere Sophoclem amasse notum est. Vide ad Ant. 884 ed. meae.

V. 496. Schol.: δαίμων· νῦν ἡ δουλεία· δυςτυχία. ἐλᾷ· ἐλάσει. Vide ad 267. Cfr. O. C. 1749 ἐλπίδων γὰρ ἐς τίν' ἔτι με δαίμων τανῦν γ' ἐλαύνει;

V. 498 sq. αἴδεσαι — προλείπων] De participio vide Matth. §. 555. i. Rost. §. 129, 4. a.

V. 502 sqq. οἴκτειρε δ' — νεμεῖς] Hoc dicit: miserere, o rex, filii tui, et cogita, si puer tua privatus educatione sub inimicis tutoribus aetatem aget, quantum hoc, quod morte tua et illi et mihi parabis, malum futurum sit.

V. 502 — 504. νέας τροφῆς — μὴ φίλων] De adiectivi νέος usu cfr. Eur. Andr. 48 νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. i. e. animus iuvenum. Ad quem locum adscripserunt interpretes Pindar. Ol. II, 78 νέοις ἐν ἀέθλοις, in certaminibus iuvenum. et Lysiae de inval. §. 16 τοὺς ἔτι νέους καὶ νέαις ταῖς διανοίαις χρωμένους. De substantivo τροφή, educationem significante, cfr. Xenoph. Mem. III, 5, 10. et Plat. de Legg. I. p. 643., de σοῦ μόνος, quod est idem atque σοῦ μονωθείς, Matth. §. 351. Denique διοίσεται recte Scholiastes interpretatus est διάξει, βιώσεται. Hesychius etiam: διοίσεται· διάξει, βιώσεται. Plena locutio est βίον vel αἰῶνα διαφέρειν, qua usus est Herod.

ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ' ἐστὶν εἰς ὅ τι βλέπω,
πλὴν σοῦ. σὺ γάρ μοι πατρίδ' ἠΐστωσας δόρει,
καὶ μητέρ' ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά τε
καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.
τίς δῆτ' ἐμοὶ γένοιτ' ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς;
τίς πλοῦτος; ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι.
ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν. ἀνδρί τοι χρεὼν
μνήμην προςεῖναι, τερπνὸν εἴ τί που πάθῃ.
χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί.

V. 507. δόρει ex mea coniectura scripsi. Libri δορί. Vide ad O. C. 619 ed. meae notam criticam. Secutus me est Dindorfius.

V. 508. Vulgo interpunctione posita in v. μητέρ', ἀλλ' ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με. Ex Aug. b. ἄλλη Hermannus iam restituit.

Ml. 40. Ellipticam posuit Eur. Rhes. 982. Insolentius medio usus hic poeta est. Sed eodem usus est, quem Lobeckius commemoravit, Hipp. Ber. de Septim. Part. I. 450. T. V. 344 ἄνοσος διατετελεκὼς τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ μήτρῃ διεφέρετο. nisi ille διεφέρετο significat gestabatur. Postremo de locutione βίον διαφέρειν ὑπό τινος cfr. O. R. 1454 ed. m. βιῶντα πρὸς ἀνθρώπων.

V. 506. Schol.: ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ' ἐστίν· καὶ τοῦτο Ὁμηρικόν (Il. ζ, 418. 429.)· οὐδέ μοι ἐστὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. εἶτα ἑξῆς· ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.

V. 508. καὶ μητέρ' ἄλλη μοῖρα] Pronomen ἄλλος opponitur σύ pronomini, quod praecedit, hoc sensu: tu enim patriam mihi delevisti, alius, et quidem Parca etc. Vide de hoc pronominis ἄλλος usu quae ad Phil. 38. adnotavi.

V. 509. καθεῖλεν — οἰκήτορας] i. e. καθεῖλεν, ὥστε εἶναι Ἅιδου θαν. οἰκήτορας. Cfr. v. 393 sqq. ὦ σκότος — ἕλεσθ', ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα. Trach. 282 αὐτοὶ μὲν Ἅιδου πάντες εἰσ' οἰκήτορες. ibid. 1161 ἀλλ' ὅστις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι. Quo in loco quo sensu φθίμενος positum, eodem hic θανάσιμος usurpatum est. Cfr. O. R. 959. et Phil. 819. Alibi θανάσιμον est mortiferum, ut huius fab. 1033. O. R. 560. Trach. 758. Videtur autem Ἅιδου θανάσιμοι οἰκήτορες idem esse atque Homericum νέκυες κατατεθνηῶτες. Denique non inutile erit comparasse, quae ad Phil. 329. monuimus.

V. 510. τίς — ἀντὶ σοῦ πατρίς] Cfr. Xenoph. Anab. I, 3, 6 νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι καὶ πατρίδα καὶ φίλους καὶ συμμάχους.

V. 511. πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι] De hoc πᾶς pronominis usu similia attulimus ad Ant. 770.

V. 512. ἀνδρί] Cum emphasi dictum esse apparet, ut sit idem atque εὐγενὴς ἀνήρ. Alioquin ne initio quidem membri poni potuit. Sic 1050. 1316. 1335 ed. meae et Ant. 710 ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μαν-

ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.

ΧΟΡΟΣ.

Αἴας, ἔχειν σ' ἂν οἶκτον, ὡς κἀγὼ, φρενὶ
θέλοιμ' ἄν· αἰνοίης γὰρ ἂν τὰ τῆσδ' ἔπη.

ΑΙΑΣ.

καὶ κάρτ' ἐπαίνου τεύξεται πρὸς γοῦν ἐμοῦ,
ἐὰν μόνον τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν.

Tum φύσαντά τε primus Lobeckius rescribendum esse vidit; idque habet Lb., μ suprascripto, item Γ. In La legitur quidem με, sed est in litura.

V. 513. πάθη ex La., Lb., Γ. et Aug. b. rescripsi. Male vulgo scribitur πάθοι. Cfr. v. 1316 ed. meae.

θάνειν πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν. Vide quae de praegnanti huius nominis significatione ad O. C. 389. attuli exempla.

V. 512 sq. Schol.: ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ· καλῶς τὸ κἀμοῦ, οἷον, μετὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν κἀμὲ ἔν τινι μοίρᾳ κατάθου· αἰσθάνεται γὰρ τῆς τύχης, ἐν ᾗ νῦν ἐστίν· αἰδημόνως δὲ αὐτὸν ὑπομιμνήσκει τὰ τῆς εὐνῆς· διὰ τοῦτο γὰρ μάλιστα δοκεῖ αὐτὸν πείθειν. ὁ δέ γε Εὐριπίδης μαστροπικώτατα εἰςάγει τὴν Ἑκάβην (828 sqq.) λέγουσαν· ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ, ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ;

V. 513. εἴ τι που πάθῃ] Cur alienus optativus, qui vulgo positus est, et ab hoc loco et a v. 1316. sit, alibi explicabo. Latius enim haec res patet, quam quae hic explanari queat. Interim satis est monuisse, Sophoclem εἰ cum coniunctivo praeter hos locos coniunxisse O. R. 198, 874. O. C. 1443. Ant. 710. Cfr. Matth. §. 525. 7. b. et Rost. §. 121. not. 10.

V. 517. ὡς κἀγὼ] Exspectaveris ὡς ἐγὼ, καὶ σὲ etc. Sed vide ad O. C. 53 ed. meae. Tum de locutione οἶκτον ἔχειν φρενί confer Trach. 293 sq. χαίροιμ' ἂν πανδίκῳ φρενί.

V. 518. αἰνοίης — ἔπη] Modeste Chorus dixit, significans, ut facile apparet, hoc: facias, quod illa suasit.

V. 519 sq. καὶ κάρτα — τελεῖν] Summam illa a me certe laudem consequetur, si modo iussa mea exsequenda putaverit. Egregie poeta paucis his Aiacem ad ea, quae Chorus monuit, respondere facit, hoc dicentem: non meum est facere quae mulier iusserit, sed mulieris facere quae ego iussero. Atque hoc si fecerit, magnam a me certe laudem consequetur. Nihil igitur commotus oratione Tecmessae puerum potius adduci ad se vult, ut, antequam mortem sibi consciscat, ad virtutem eum adhortetur, laudaturumque se Tecmessam ait, si nihil impedimento sit, quominus quam celerrime consilium quod cepe-

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἀλλ', ὦ φίλ' Αἴας, πάντ' ἔγωγε πείσομαι.

ΑΙΑΣ.

κόμιζέ νύν μοι παῖδα τὸν ἐμόν, ὡς ἴδω.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην.

ΑΙΑΣ.

ἐν τοῖςδε τοῖς κακοῖσιν, ἢ τί μοι λέγεις;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

μή σοί γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι.

ΑΙΑΣ.

πρέπον γε τἂν ἦν δαίμονος τοὐμοῦ τόδε.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἀλλ' οὖν ἐγὼ 'φύλαξα τοῦτό γ' ἀρκέσαι.

ΑΙΑΣ.

ἐπῄνεσ' ἔργον καὶ πρόνοιαν, ἣν ἔθου.

V. 526. Brunckius cum aliquot codicibus πρέπον γε τ' ἦν ἄν.
V. 529. Brunckius ex coniectura Eldikii τί δῆτα δρῶσ'.

rit exsequatur. — De usu verbi τολμᾶν ad v. 455. modo diximus.

V. 523. Schol.: καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτόν· τοῦ φόβου χάριν ῥύσασθαι θέλουσα ἐξήγαγον. Hoc potius videtur Tecmessa dicere: atqui metuens, ne quid ei mali a te accideret (μή σοί γε — θάνοι), ab illo periculo eum liberavi.

V. 524. ἐν τοῖςδε τοῖς κακοῖσιν] De eo loquitur tempore, quo insania fuit correptus.

V. 526. πρέπον — τόδε] Cum genitivo iunctum πρέπον videtur, ut participium. Vide ad O. C. 432 ed. meae. Ceterum adverte acerbitatem et irreverentiam Aiacis, hoc dicentis: non alienum scilicet hoc a numine meo fuisset, a quo insania mihi immissa est. Cfr. v. 288 sq. ed. meae. Scholiastes: ἦν καὶ τοῦτο τοῦ ἐμοῦ δαίμονος, τὸ ὑπ' ἐμοῦ τὸν παῖδα ἀναιρεθῆναι; ἀντὶ τοῦ ἔπρεπε τῇ παρούσῃ μου τύχῃ τὸ καὶ αὐτόχειρά με τοῦ παιδὸς κατασκευάσαι.

V. 527. Schol.: τοῦτό γ' ἀρκέσαι· ἀποσοβῆσαι τὸ θανεῖν. De infinitivo vide Matth. §. 532. d. Rost. §. 125. 7. de

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε;

ΑΙΑΣ.

δός μοι προςειπεῖν αὐτὸν ἐμφανῆ τ' ἰδεῖν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

καὶ μὴν πέλας γε προςπόλοις φυλάσσεται.

ΑΙΑΣ.

τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὦ παῖ, πατὴρ καλεῖ σε. δεῦρο προςπόλων
ἄγ' αὐτὸν ὅςπερ χερσὶν εὐθύνων κυρεῖς.

ΑΙΑΣ.

ἕρποντι φωνεῖς, ἢ λελειμμένῳ λόγων;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

καὶ δὴ κομίζει προςπόλων ὅδ' ἐγγύθεν.

V. 535. λόγων ex lemmate scholii restitui et ex La., in quo est a pr. manu, ου suprascripto. Vulgo λόγου.

ἀλλ' οὖν — γε particulis ad El. 1018 ed. meae.

V. 528. Schol.: ἐπῄνεσα· ἐπαινῶ. Vide Matth. §. 506. 1. Rost. §. 116. 8. not. 4.

V. 529. ὡς ἐκ τῶνδε] Haec quum ita se habeant. Alia huius locutionis exempla attulit Matthiaeus ad Eur. Andr. 1161. et Gr. Gr. §. 628. 3.

V. 532. Schol.: παρουσίαν ἔχειν· ἤτοι παρεῖναι. Similia sunt huius fab. 181 μομφὰν ἔχων. 319 sq. γόους ἔχειν. 564 θήραν ἔχων. 881 ἔχων ἄγρας. 1076 φόβου πρόβλημα ἔχων. El. 523 ὕβριν οὐκ ἔχω. 897 ἔσχον θαῦμα. O. R. 566 ἔρευναν τοῦ θανόντος ἔσχετε. Ant. 1273 μέγα βάρος ἔχων. Phil. 213 μολπὰν σύριγγος ἔχων. Tum de μέλλει, μὴ οὐ adscripsit Lobeckius Aesch. Prom. 632 τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν.

V. 535. λελειμμένῳ λόγων] Recte Matthiaeus ad Eur. Hippol. 328. docuit λελεῖμμαί τινος esse non assecutus sum rem, non novi, ignoro. Itaque λελειμμένος λόγων est, qui verba non assecutus est, i. e. non intellexit sive non exaudivit. Atque ita Scholiastes: λελειμμένῳ λόγων· οὐκ ἀκούοντι.

ΑΙΑΣ.

αἶρ' αὐτόν, αἶρε δεῦρο. ταρβήσει γὰρ οὔ,
νεοσφαγῆ που τόνδε προσλεύσσων φόνον,
εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν.
ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
δεῖ πωλοδαμνεῖν, κἀξομοιοῦσθαι φύσιν.
ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.

V. 546. Post hunc versum in codd. omnibus additus reperitur hic: τῷ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν. Omittit eum Stobaeus Serm. LXXVIII, 9., ex hac fab. v. 542 — 547. afferens.

V. 537. Schol.: αἶρε· πρόσφερε. Μή μοι οἶνον ἄειρε. Hom. Il. ζ, 264. Eodem sensu ἔπαιρε positum El. 634. De traiecta οὐ particula ad Ant. 96 sq. diximus. Ceterum nemo haec et sequentia leget, quin recordetur eorum, quae Homerus Il. ζ, 466 sqq. cecinit. Verum amant tragici hanc abundantiam, cuius exempla plurima ad Ant. 500 sq. attuli.

V. 538. νεοσφαγῆ τόνδε — φόνον] Quo sensu nonnunquam vocabulum φόνος a poetis tragicis ponitur, ut id quod occisum est significet, eodem et hic et supra v. 309 ἀρνείου φόνου positum est. Cfr. Eur. El. 92 πυρᾷ δ' ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου, i. e. sanguinem occisae ovis. Idem audacius etiam dixit Or. 992 Μυρτίλου φόνον δικὼν ἐς οἶδμα πόντου. et v. 1358 sq. πρὶν ἐτύμως ἴδω τὸν Ἑλένας φόνον καθαιμακτὸν ἐν δόμοις κείμενον. Similis est latini vocabuli caedes significatio, veluti apud Virg. Aen. X, 245 crastina lux — ingentes Rutulae spectabit caedis acervos. Itaque νεοσφαγῆ φόνον significat recens occisos, id est recens occisas pecudes, inter quas sedebat Aiax; cfr. 308 sqq. Pro νεοσφαγῆ satis erat dixisse νέον.

V. 539. εἴπερ δικαίως etc.] Homericum imitatus est εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐστι. De usu adiectivi δίκαιος Lobeckius adscripsit Priscian. XVII, 23. p. 90 iuste pro vere vel vere pro iuste — Sophocles Αἴαντος δίκαιος γόνος pro ἀληθής. et LXVIII, 24. 202 iustum pro vero et verum pro iusto frequenter tam nos quam Attici ponimus: Sophocles Αἴαντι δίκαιος γόνος. Eodem sensu δίκαιος positum est Soph. Trach. 348. 411. O. R. 853. 1283. De locutione τὰ πατρόθεν cfr. O. C. 215. 527.

V. 540. ὠμοῖς ἐν νόμοις πατρός] Suidas: νόμος· νόμος παρὰ Σοφοκλεῖ ἡ φύσις τοῦ γεγεννηκότος, καὶ τὸ ἦθος. Eustathius p. 624, 57 (478, 27.): Αἴας γοῦν παρὰ Σοφοκλεῖ στερεόφρων ὠμοὺς νόμους τοὺς ἑαυτοῦ τρόπους καλεῖ, ὡς ἀτενεῖς καὶ στερεούς.

V. 541. Schol.: πωλοδαμνεῖν· ὡς πῶλον γυμνάζειν.

καίτοι σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω,
ὁθούνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνει κακῶν.
ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος,
ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.
ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο, δεῖ σ' ὅπως πατρὸς
δείξεις ἐν ἐχθροῖς, οἷος ἐξ οἵου 'τράφης.
τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου, νέαν
ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῇδε χαρμονήν.

Valckenario ad Eur. Hippol. 247, Sophoclis quidem esse, sed ex alia fabula hic insertus videbatur. Eius iudicium secuti sunt Brunckius, Porsonus ad Med. 140., et Erfurdtius. Mihi ab interprete profectus videtur.

V. 542 sq. Schol.: ὦ παῖ γένοιο πατρός· μέτριος ὁ λόγος· ἡ δὲ ὁμοία εὐχὴ παρ' Ὁμήρῳ (Il. ζ, 476.): Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι παῖδ' ἐμὸν ὡς καὶ ἐγώ. Attius Armorum iudicio ap. Macrob. VI, 1 virtute sis par, dispar fortunis patris. Virg. Aen. XII, 435 disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, fortunam ex aliis.

V. 546 sq. ἐν τῷ φρονεῖν — μάθῃς] Iucundissima praedicatur aetas puerilis, quod, quamdiu animus a malorum cogitatione alienus est, tamdiu mala ipsa velut absunt et conquiescunt. Ita enim natura comparata infantia est, ut, quae acerba videantur, paupertatem, iacturas, repulsas, contemtum, nec rursus quae praeclara et eximia plerisque sint, divitias, honores et cetera commoda, siquidem cogitatione modo et mente cernuntur, nec doleat nec admiretur. IAEG. Non male Bothius ita transtulit: Im Unbewusstsein leben ist das Süsseste, bis dass du Freude lernest und Bekümmerniss.

V. 549 sq. δεῖ σ' ὅπως δείξεις] Sic Philoct. 54 sq. τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων. Vide Matth. §. 623. ὅπως. 2. Rost. §. 122. 10.

V. 551. Schol.: κούφοις πνεύμασιν· κούφῃ καὶ ἁπαλῇ ζωῇ· τῇ δὲ μεταφορᾷ τῶν μικρῶν φυτῶν ἐχρήσατο, ἅτινα οὐδὲν σφοδρὰν δύναται ὑποφέρειν, οἷον καύσωνα, οὐκ ἄνεμον. Comparavit Lobeckius Dion. Chrysost. Or. XII. p. 202. B. καὶ τρεφόμενοι τῇ διηνεκεῖ τοῦ πνεύματος ἐπιῤῥοῇ, ἀέρα ὑγρὸν ἕλκοντες ὥστε νήπιοι παῖδες etc. et αὔρας ζωογόνους in Palladae Epigr. 128, 4. πνοὰς ψυχοτρόφους in Orph. H. 37, 22., et Plinii H. N. 18, 34, Zephyrum dicentis in plantas nutricium exercere, et ἀνέμους φυτουργοῦντας in Luciani Bis accus. T. II. 793. Addo Trach. 141 sq. 538 sq. cum adnotationibus nostris.

V. 551 sq. νέαν — χαρμονήν] Teneram animam (vitam) fovens, ut matri huic gaudio sis. De appositione adscripsit Neuius huius fab. 1210. El. 966. O. R. 603. Matth. §. 432.

οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μή τις ὑβρίσῃ
στυγναῖσι λώβαις, οὐδὲ χωρὶς ὄντ' ἐμοῦ.
τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι
λείψω, τροφῆς ἄοκνον ἔμπα, κεὶ τανῦν
τηλωπὸς οἰχνεῖ, δυσμενῶν θήραν ἔχων.
ἀλλ' ἄνδρες ἀσπιστῆρες, ἐνάλιος λεώς,
ὑμῖν τε κοινὴν τήνδ' ἐπισκήπτω χάριν,
κείνῳ τ' ἐμὴν ἀγγείλατ' ἐντολήν, ὅπως
τὸν παῖδα τόνδε πρὸς δόμους ἐμοὺς ἄγων
Τελαμῶνι δείξει, μητρί τ', Ἐριβοίᾳ λέγω,

V. 564. Post hunc versum in codd. omnibus additus hic est:

V. 558. οὔτοι — μή τις ὑβρίσῃ] Vide Matth. §. 517. not. 1. Rost. §. 135. 7. a.

V. 555 sq. τοῖον πυλωρὸν — ἔμπα] Verba πυλωρὸν φύλακα similiter dicta atque supra v. 254 λιθόλευστον Ἄρη, quaeque ad Ant. 500 sq. attuli. Nam proprie πυλωρὸς iam continet notionem, quae est in nomine φύλαξ, significans πύλης φύλαξ. Urgenda igitur hic in voc. πυλωρὸς notio tantum nominis πύλης est, ita ut πυλωρὸς φύλαξ sit πύλης φύλαξ. Ipsum autem hoc πύλης φύλαξ sive πυλωρὸς φύλαξ metaphorice dictum puta, ut sit custos perpetuus, qui nunquam discedat ab eo sive loco sive homine, quem custodit. Ita οἰκουρῶν posuit Sophocles Philoct. 1328 Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις. Adiective autem usurpatum πυλωρὸς eodem modo, quo οἰκουρὸς usurpatur, a quo πυλωρὸς eo tantum differt, quod est πύλην φυλάττων, illud quum sit οἶκον φυλάττων. Itaque hoc dicit Aiax: Teucrum se filio suo relicturum perpetuum educationis custodem et intrepidum. De ἔμπα vide ad v. 122. Scholiastes: ἔμπα· ὅμως.

V. 557. Schol.: κεὶ — οἰχνεῖ· καὶ εἰ ἔκδημος νῦν ἐστίν. De locutione hac, τηλωπὸς οἰχνεῖ, procul abest significante, cfr. El. 166 ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ. De τηλωπὸς cfr. Philoct. 216. Tum verba δυσμενῶν θήραν ἔχων significant δυσμενεῖς θηρῶν sive θηρώμενος, ut 881 ἔχων ἄγρας valet ἀγρεύων. Vide ad 532 ed. meae. Teucer autem quum hostibus venandis occupatus dicitur, significatur Mysos lacessere praedae capiendae causa. Cfr. v. 343. et 720.

V. 560 sqq. ὅπως — δείξει] Cfr. Matth. §. 519. Rost. §. 122. 10. a. De tota locutione vide Philoct. 492 πατρί μ' ὡς δείξῃς φίλῳ, quae verba Philoctetes dicit, in patriam deduci a Neoptolemo ad patrem cupiens.

V. 563. Schol.: ὥς σφιν — γηροβοσκός· πάνυ περιπαθῶς τὸ ἐπὶ γονεῦσι καὶ παισὶ διαθήκας ποιῆσαι· θαυμαστῶς δὲ πρὸς ἅπαντας τοὺς λόγους τῆς Τεκμήσσης ἀντιθέσεις ἐποιήσατο, οὐκ ἄντικρυς τοῦτο ὑπισχνουμένου τοῦ ποιητοῦ, τοῦ μὲν μὴ ὑβρισθῆναι

ὡς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰσαεί·
καὶ τἀμὰ τεύχη μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς
θήσουσ' Ἀχαιοῖς, μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός.
ἀλλ' αὐτό μοι σύ, παῖ, λαβών, ἐπώνυμον,
Εὐρύσακες, ἴσχε, διὰ πολυῤῥάφου στρέφων
πόρπακος, ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος·
τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται.
ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου,
καὶ δῶμα πάκτου, μηδ' ἐπισκήνους γόους
δάκρυε. κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή.

μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ. Quem spurium esse primus vidit Elmsleius.

τὸν παῖδα ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, τὴν ἀπὸ τοῦ Τεύκρου φυλακὴν προβαλλόμενος· τοῦ δὲ μὴ γελασθήσεσθαι ὑπ' ἐκείνων τὴν τοῦ παιδὸς ἀρετήν, ὃν φησὶ καὶ ἐκδικήσειν αὐτὸν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενον· πρὸς δὲ τὰ περὶ τῶν γονέων, ὅτι ἀντ' αὐτοῦ γηροβοσκὸς αὐτοῖς καταλείπεται ὁ Εὐρυσάκης. Cfr. 496 — 513.

V. 565. Schol.: ἀγωνάρχαι· ἀγωνοθέται. Neuius: μὴ θήσουσι: respicitur ὅπως v. 560. Nam diligentius sunt expendenda exempla Schaefer. ad Gnom. Gr. p. 318. et in indice allata.

V. 566. Schol.: ὁ λυμεὼν ἐμός· Ὀδυσσεύς.

V. 567. ἐπώνυμον] cognominem tibi, id est hoc loco, de quo tu nomen accepisti clipeum. Cfr. Hemsterhus. ad Lucian. dial. mar. IX, 1.

V. 568 sq. διὰ — πόρπακος] In medio clipeo interiore (v. Schol. ad Eur. Phoen. 1134.) erat fibula latior, per quam brachium sinistrum transmittebatur, ut regere eum seque tueri possent. Appellabant etiam ὄχανον. Eiusmodi fibulae nonnunquam ex loris erant contextae et colligatae, uti haec πολύῤῥαφος, nonnunquam tamen ferreae. Habet certe σιδαροδέτους πόρπακας Bacchylides ap. Stobaeum Serm. 53. p. 367. WESSEL.

V. 569. ἑπτάβοιον — σάκος] Hoc perfectum Tychii opus communi omnium Graecorum fama celebratum est. Cfr. Liban. Declam. 31. Himer. Orat. V, 9. Iustin. M. Orat. ad Graec. p. 2. C. et quos H. Ciofanus adfert ad Ovid. Met. XIII, 2. Ceterum Aiacis scutum πόρπακα habuisse Eustathius negat p. 995, 19. LOB. Cfr. Hom. Il. η, 219 sqq.

V. 570. τὰ δ' — τεθάψεται] De κοινὰ pro κοινῶς usurpato vide ad Ant. 544 ed. meae, de τεθάψεται Matth. §. 498. Rost. §. 116. 11. Morem autem hunc armorum una cum cadavere sepeliendorum iam Homerum nosse Scholiastes admonuit coll. Il. ζ, 418 ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν.

V. 572. ἐπισκήνους] i. e. ἐπὶ ταῖς σκηναῖς, ad tentorium i. e. ante tentorium. Cfr. Matth. §. 446. 8.

V. 573. κάρτα — γυνή] Valde amat lamentari fe-

πύκαζε θᾶσσον. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

ΧΟΡΟΣ.

δέδοικ' ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν.
οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί;

ΑΙΑΣ.

μὴ κρῖνε, μὴ 'ξέταζε. σωφρονεῖν καλόν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἴμ', ὡς ἀθυμῶ· καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου
καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι, μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ.

V. 575. θρηνεῖν ex optimis plurimisque codd. rescripsi. Vulgo θροεῖν. Saepe confusa a librariis ea verba esse iam admina. Cfr. Eur. Herc. f. 536 τὸ θῆλυ γάρ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων. De neutro vide Matth. §. 437. Rost. §. 100. 4. c. p. 671.

V. 574 sq. οὐ πρὸς — πήματι] Hoc dicit: istiusmodi malum meum est, ut qui recte ei mederi velit, non incantationibus, sed ense uti debeat; i. e. non consolationibus et lamentationibus, sed morte tantum sanari malum meum potest. Credebat autem antiquitas vulnera curari etiam posse carminum praestigiis sive incantationibus, quae dicebantur ἐπαοιδαί, ἐπῳδαί. Cfr. Hom. Od. τ, 456 sq. ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος, ἀντιθέοιο, δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχεθον. Pindar. Pyth. III, 51. de Aesculapio: τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς. — De πρὸς praepositione vide ad 311 ed. meae.

V. 575. Schol.: τομῶντι· τῆς τομῆς δεομένῳ. Cfr. Philoct. 1269. Buttm. §. 119. 14.

V. 577. οὐ γάρ μ' etc.] Recte Brunckius non pro μοὶ, sed pro μὲ positum esse monuit, provocans ad ea quae notaverit ad Aristoph. Plut. 353. et Gregorium de Dial. Att. §. 22. Vide etiam quae ad El. 144. diximus.

V. 579. Schol.: κρῖνε· ἀνάκρινε. Vide ad Ant. 397. ed. meae. De ceteris verbis σωφρονεῖν καλὸν recte Camerarius: Vetat Tecmessam curiosam esse iubetque τὰ αὑτῆς πράττειν; hoc enim est secundum Platonem σωφρονεῖν.

V. 580. οἴμ' ὡς ἀθυμῶ] Vide ad 345. ed. meae.

V. 581. μὴ — γένῃ] Ne nos deseras. Sic 1267. El. 368. O. R. 331. et alibi. De periphrasi προδοὺς γένῃ vide

ΑΙΑΣ.

ἄγαν γε λυπεῖς. οὐ κάτοισθ᾽, ἐγὼ θεοῖς
ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἴμ᾽ ὀφειλέτης ἔτι;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

εὔφημα φώνει.

ΑΙΑΣ.

τοῖς ἀκούουσιν λέγε.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

σὺ δ᾽ οὐχὶ πείσει;

ΑΙΑΣ.

πόλλ᾽ ἄγαν ἤδη θροεῖς.

El. 838. not. crit. monuimus. Ceterum La. et Por. C. πήματι, γρ. τραύματι.

quae ad O. R. 928. et ad Phil. 756. adnotavimus.

V. 582. ἄγαν γε λυπεῖς] Vide ad Ant. 571. ed. meae.

V. 582 sq. οὐ κάτοισθ᾽ — ἔτι] Deorum nomine quum Tecmessa Aiacem erasset, ut ne se filiumque suum desereret, respondet ille: nescisne minime me iam dis debere, ut quicquam mali a vobis arceam? Quibus verbis quicquam sibi faciendum esse negat deorum causa, a quibus non modo non adiutus, sed adeo in summam perniciem detrusus sit. Vide quae idem supra dixit 388 sqq. ed. meae. De adiectivo ὀφειλέτης cum infinitivo iuncto apte adscripsit Musgravius Rhes. 965 ὀφειλέτις δέ μοι τοὺς Ὀρφέως τιμῶσα φαίνεσθαι φίλους. i. e. ὀφείλει δὲ τιμᾶν etc. De Lobeckii interpretatione huius loci dixi in censura eius edit. secundae.

V. 584. εὔφημα φώνει] Vide quae ad Trach. 175. adnotavi.

V. 586. οὐ ξυνέρξεθ᾽ ὡς τάχος] Vulgo accusativum obiecti, qui dicitur, Tecmessam esse statuunt; quod statui posse nego. Immo e v. 572. et 574., ubi iubet Aiax Tecmessam πακτοῦν τὸ δῶμα et πυκάζειν θᾶσσον, satis superque mihi apparere videtur supplendum esse τὸ δῶμα. Ex iisdem locis pariter atque e verbis v. 572. μηδ᾽ ἐπισκήνους γόους δάκρυε hoc quoque intelligitur, Tecmessam una cum Eurysace in tabernaculum Aiacis recedere iussam esse. Itaque nemine in scena praesente Chorus canit quae a v. 589. usque ad v. 626. leguntur. Denique numero plurali ξυνέρξετε usus Aiax videtur, quod praeter Tecmessam mulier illa aderat, quae Eurysacem gestabat; nisi quis malet eo modo pluralem interpretari, quo supra ἀνοίγετε v. 336. explicandum monuimus.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ταρβῶ γάρ, ὦναξ.

ΑΙΑΣ.

οὐ ξυνέρξεθ᾽, ὡς τάχος;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

πρὸς θεῶν, μαλάσσου.

ΑΙΑΣ.

μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν,
εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφὴ α΄.)

Ὦ κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μέν που ναίεις ἁλίπλα-
κτος εὐδαίμων,

V. 589. Doederlinus meus pro ἄρτι scribendum ἄρ᾽ ἔτι conjecit. Ut corruptum sit ἄρτι, quod non negaverim, tamen non credam ἄρ᾽ ἔτι scripsisse Sophoclem.

V. 593 sq. Ἰδαίᾳ — εὐνώμᾳ] Foede corruptos hos versus esse quum e sensu tum e metro versuum antistrophicorum ap-

V. 589 — 626. Aiace cum Tecmessa et filio in tabernaculum abdito et incluso Chorus, et quae in se, satis iam afflictum, ex insania illa Aiacis mala redundatura sint, et quem luctum cum pater eius tum imprimis mater accepto de eius morbo nuntio perceptura sit, lugubri carmine exponit.

V. 590. ναίεις] Notum ex Homero est insulas ναίειν dici, veluti Il. β, 626 νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλός. Iungenda autem verba ναίεις εὐδαίμων, incoleris felix, hoc sensu: felices habes incolas. Non enim insulam solum, sed simul insulanos Chorus prae se et sua sede felices praedicat. De ἁλίπλακτος, quod est ἁλίκλυστος, apte Lobeckius confert Aesch. Pers. 305 θαλασσόπληκτον νῆσον Αἴαντος πολεῖ.

V. 591. πᾶσιν — ἀεί] Apud omnes semper gloria circumfluens. De dativo πᾶσιν vide ad huius fab. 1254 ed. m. et ad O. R. 40., de περίφαντος Hesychius: περιφάνεια· λαμπρότης, δόξα. Opponuntur autem his verbis v. 594 ἀνήριθμος αἰέν, ut verbo εὐδαίμων oppositum est v. 592 ὁ τλάμων. De fama Salaminis Strabo IX, 1. p. 394. ἐπιφανὴς δὲ ἡ νῆσος ὑπῆρξε διά τε τοὺς Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς, καὶ μάλιστα δι᾽ Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος, καὶ διὰ τὸ περὶ τὴν νῆσον ταύτην καταναυμαχηθῆναι Ξέρξην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ φυγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. συναπέλαυσαν δὲ καὶ Αἰγινῆται τῆς περὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον δόξης, γείτονές τε ὄντες καὶ ναυτικὸν ἀξιόλογον παρασχόμενοι.

V. 592. Schol.: παλαιὸς ἀφ᾽ οὗ χρόνος· ἐκ πολλοῦ χρόνου. Similiter Philoct. 493 παλαί᾽ ἂν ἐξ ὅτου. Alia exempla ex scriptoribus prosaicis plurima ad hunc locum attulit Lobeckius.

V. 592 sqq. Ἰδαίᾳ — ἀνή-

πᾶσιν περίφαντος αἰεί·
ἐγὼ δ' ὁ τλάμων παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος
Ἰδαίᾳ μίμνω λειμωνίᾳ ποίᾳ μήλων
ἀνήριθμος αἰὲν εὐνόμᾳ
χρόνῳ τρυχόμενος,
κακὰν ἐλπίδ' ἔχων,
ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν τὸν ἀπότροπον
ἀΐδηλον Ἅιδαν.

(ἀντιστρ. α'.)

καί μοι δυςθεράπευτος Αἴας ξύνεστιν ἔφεδρος,
ὤ μοι μοι,

paret. De coniecturis editorum dixi in censura ed. Lobeck. sec. Pro ποίᾳ Ald. et aliquot codd. πόᾳ habent.

V. 594. Retinui, quod in vett. codicibus scriptum est, εὐνόμᾳ, quamvis et sensui et metro adversetur. Nam quod Triclinius habet, repertumque est in Par. C. et e corr. in Aug. c., εὐνώμᾳ, receptum ab Hermanno aliisque, etsi numeris accommodatum est, tamen ne graecum quidem vocabulum esse iudico.

ριθμος αἰέν] Foede corrupta haec esse iam in nota critica professus sum. Conferantur quae in censura ed. Lobeck. sec. exposui. Neque tamen dubium videtur, quin eiusmodi quid a poeta hic scriptum fuerit, ut sensus hic esset: exspecto sub dio commorans eversionem Troiae, aerumnis semper abundans. Cfr. huius fab. 1207 sq. κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας.

V. 594 sq. εὐνόμᾳ — τρυχόμενος] Pro corrupto habendum esse εὐνόμᾳ in censura ed. Lob. sec. ostendi. Quum autem certum sit χρόνῳ hoc loco de aetate dictum esse (vide ad O. C. 7. ed. meae), facilis coniectura est tale positum adiectivum hic fuisse, quod gravis vel grandis vel provectior significaret.

V. 597. ἀνύσειν] perventurum esse. Confer quae ad O. C. 1546. adnotavimus. De ἀπότροπον vide ad O. R. 1289 ed. meae, de accusativo et infinitivo ad Trach. 697 ed. meae.

V. 600. ἔφεδρος] Singulatim in palaestra est adversarius, qui depugnantibus aliis quietus adsidet, athletae deiecti vices subiturus, et cum victore defatigato integris viribus decertaturus, adversarius ultimus sed gravissimus et maxime formidandus, vide Schol. et Lucian. Hermot. p. 535 sqq. T. I. Grv. Itaque Sophocles ipse in lepido conflictu de artis tragicae principatu in Aristoph. Ran. 804., Ephedri nomine insignitur, quod cum Euripide, si is Aeschylum vicisset, se concertaturum recepisset. IAEG. Cfr. ibi Spanhem. p. 200. Vol. III. ed. Lips. Et sic Schol.: καὶ — Αἴας· οἷον· πρὸς τοῖς πρώτοις κακοῖς ὥςπερ δεύτερόν ἐστί μοι κακὸν τὸ τοῦ Αἴαντος ξυνεστηκός· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἔφεδρος. Ἔφεδρος δέ ἐστιν ἐν τοῖς ἀγῶ-

θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος·
ὃν ἐξέπεμψω πρὶν δή ποτε θουρίῳ
κρατοῦντ' ἐν Ἄρει· νῦν δ' αὖ φρενὸς οἰοβώτας
φίλοις μέγα πένθος εὕρηται.
τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν
μεγίστας ἀρετᾶς
ἄφιλα παρ' ἀφίλοις ἔπεσ', ἔπεσε
μελέοις Ἀτρείδαις.

(στροφὴ β'.)

ἦ που παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἁμέρᾳ,
λευκῷ δὲ γήρᾳ μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα
φρενομόρως ἀκούσῃ,

V. 603. Brunckius cum plerisque codd. οἰοβότας.

νῦν δ' μεταπαυόμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς νικῶσιν· ἐνταῦθα οὖν φησιν· ὅτι ἔσχατος καὶ ὡς ἔφεδρος ἐλείφθη μοι ὁ Αἴας εἰς κακόν.

V. 601. *μανίᾳ ξύναυλος*] Idem est atque ξυνὼν μανίᾳ, de qua locutione dictum ad Phil. 266 ed. meae. Appellata est autem **insania**, μανία, θεία eodem sensu, quo supra v. 185 νόσος dicta est θεία.

V. 602. Schol.: *ἐξεπέμψω*· ἀντὶ τοῦ ἔπεμψας ὧδε.

V. 603. *φρενὸς οἰοβώτας*] Nomine οἰοβώτας quum is proprie significetur, qui **solus pascatur**, i. e. **qui a grege discedat**, facile patet οἰοβώταν φρενὸς dici eum, **qui a mente aberret, qui mentis devius sit**, uno verbo παράφρονα. Itaque vera haec Scholiastae interpretatio: *φρενὸς οἰοβώτας*· οὐ σὺν φρεσὶν, ἀλλ' ἐκτὸς φρενῶν διάγων. ἢ ἀποπλανηθεὶς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλανηθέντων προβάτων καὶ μόνων βοσκομένων. Similiter v. 622 ἐκτὸς ὁμιλεῖ sc. τῆς συντρόφου ὀργῆς.

V. 605. Schol.: τὰ δὲ πρότερα μέγιστα τῆς ἀρετῆς τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἔργα ἐν ὀλιγωρίᾳ εἰσὶ παρὰ τοῖς Ἀτρείδαις. Verba ἔργα χεροῖν, **res manibus factae** (vide ad El. 67 ed. meae), in unam notionem coalescunt, ita ut idem significent atque unum vocabulum χειρουργήματα. Deinde dictionis ἔργα ἀρετῆς exempla similia attulit multa ad hunc locum **Lobeckius**, ut ἔργα τόλμης, σοφίας, ἀλκῆς. Denique notanda locutio est ἄφιλα ἔπεσεν ἔργα ἀρετῆς παρ' Ἀτρείδαις, quam etsi recte explicatam a Scholiasta judico, tamen simili exemplo illustrare nequeo. Postremo de coniunctis ἄφιλα ἀφίλοις vide ad v. 259 ed. meae.

V. 609 sq. *παλαιᾷ — γήρᾳ*] Recte iam Hermannus adnotavit esse haec ita dicta, ut hoc significet poeta: γεραιὰ μὲν τῷ χρόνῳ, γεραιὰ δὲ καὶ τὸ σῶμα. De locutione παλαιὰ ἁμέρα ad Trach. 644 sq. monuimus.

V. 611. Schol.: *φρενομόρως*· ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν μοῖραν

αἴλινον, αἴλινον,
οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς
ἥσει δύσμορος, ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς
θρηνήσει, χερόπληκτοι δ'
ἐν στέρνοισι πεσοῦνται
δοῦποι καὶ πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας.

(ἀντιστρ. β'.)

κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν,
ὃς ἐκ πατρῴας ἥκων γενεᾶς ἄριστος
πολυπόνων Ἀχαιῶν,
οὐκ ἔτι συντρόφοις

V. 617. ἄμυγμα primus restituit Bothius. Libri ἀμύγματα.
V. 618. ὁ νοσῶν primus restituit Lobeckius. Libri ἢ νοσῶν.

τῶν φρενῶν νοσοῦντα, ὅ ἐστι φρενοβλαβῶς, μανικῶς.

V. 612 sqq. αἴλινον — θρηνήσει] Eiulabit, eiulabit lugubriter, nec querelas, quales miserae luscinіae sunt, fundet infelix, sed in acutos eiulatus erumpet. Non mediocriter, inquit, sed acerbissime deplorabit calamitatem filii. Non recte cum Scholiasta nonnulli editores ad αἴλινον e sequentibus intelligendam esse negationem putant: οὐκ αἴλινον οὐδὲ etc. Neque enim αἴλινον de luctu mediocri dici potuit (cfr. Pausan. IX, 29, 3.), neque, si Sophocles eo sensu hic usurpare voluisset, id nomen bis posuisset; ex qua re planissime apparet prae ceteris verbis sono haec distinguenda esse; quod, si Scholiastae interpretationem probamus, fieri omnino nequit.

V. 613. ὄρνιθος ἀηδοῦς] Similia multa se collegisse ad Eur. Bacch. 1027. et 1364. Musgravius monet.

V. 616. ἐν στέρν. πεσ.] In pectora irruent. De locutione χερόπληκτοι δοῦποι ad Ant. 500 sq. diximus.

V. 617. Schol.: περιπαθῶς ἡ πρόςθεσις τῆς πολιᾶς. Supplendum autem ad verba καὶ — χαίτας verbum ἔσται.

V. 618. κρείσσων γὰρ etc.] i. e. κρεῖσσον γάρ ἐστι τὸν μάτην νοσοῦντα ἐν Ἅιδου κεύθεσθαι. Cfr. Matth. §. 555. not. 2. Eodem modo O. R. 1368 κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός. Tum Scholiastes: νοσῶν μάταν· μεμηνώς· μάτην γὰρ νοσεῖν τὸ [ἀθεραπεύτως] μαίνεσθαι· οὐ λέγει δὲ ὅτι ὅταν αὐτὸν πύθηται τετελευτηκότα· ὁ γὰρ μεμηνὼς καὶ τὰς φρένας διεφθαρμένος κρείσσων Ἅιδᾳ κεύθων· οἷον, ἄμεινον τῷ μεμηνότι ἐξιέναι τοῦ βίου· οἷον, ἡγήσεται κρείσσονα τὸν θάνατον τῆς τοῦ Αἴαντος μανίας.

V. 619 sq. ὃς — Ἀχαιῶν] Bene Brunckius: qui paterni generis nobilitate praestans fortibus Achivis. De ἐκ praep. vide nos ad Philoct. 60. et 91., de ἥκων ad O. R. 982 ed. meae.

ὀργαῖς ἔμπεδος, ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ.
ὦ τλάμων πάτερ, οἵαν σε μένει πυθέσθαι
παιδὸς δύςφορον ἄταν,
ἂν οὔπω τις ἔθρεψεν
αἰὼν Αἰακιδᾶν ἄτερθε τοῦδε.

ΑΙΑΣ.

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται·

V. 623. Brunckius ex paucis codd. τλᾶμον rescripsit. Contra quem apte comparavit Neuius El. 150. O. C. 185. 203. Al. 903.

V. 626. Brunckius cum Triclinio ἄτερθέ γε.

V. 630. Cum Brunckio aliisque χαὶ scripsi. Libri καί. Cfr. v. 439 ed. meae.

V. 622. Schol.: ὀργαῖς· τρόποις, ὁρμαῖς. Vide 1126. Tum ad ἐκτὸς supplendum τῶν ὀργῶν.

V. 625. Schol.: ἔθρεψεν· ἔσχεν. Vide ad 495 ed. meae.

V. 627 sqq. Schol.: ἅπανθ' ὁ μακρός· ἐξέρχεται ὁ Αἴας, ὡς δὴ κατακηληθεὶς ὑπὸ Τεκμήσσης μὴ σφάττειν ἑαυτόν, καὶ προφάσει τοῦ δεῖν εἰς ἐρημίαν ἐλθεῖν καὶ κρύψαι τὸ ξίφος· ἐπὶ τούτοις ἀναχωρεῖ καὶ διαχρῆται ἑαυτόν.

V. 627. μακρὸς κἀναρίθμητος] Iuncta haec sunt exemplo Homerico γαῖα πολλὴ καὶ ἀπείρων, unde mutuatus est Nicephorus Blemm. Geogr. XV, 81 πολὺς καὶ ἀθέσφατος ὄλβος Theocr. XXV, 24 πολὺς ὄμβρος ἀθέσφατος Hom. Il. κ, 6. quod Eustathius ἐκ παραλλήλου esse dictum ait; πολλοὶ καὶ ἀναρίθμητοι Zosim. II, 19. LOB.

V. 628. Schol.: κρύπτεται· ἀντὶ τοῦ κρύπτει. Sic Trach. 474. Exstant autem alia multa verba, quorum medium Sophocles pro vulgari activo usurpavit. Eiusmodi sunt ὁρᾶσθαι, ἐςορᾶσθαι, αὐδᾶσθαι, quibus saepius usus est, διοίσεται supra v. 511., νοσεῖται El. 1053 ed. meae, ὑπηρετεῖσθαι ibid. 1287 ed. meae.

V. 629 sq. ἀλλ' ἁλίσκεται — φρένες] Bene Brunckius: sed vincitur etiam iurisiurandi religio et mentis obstinatae rigor, praeeunte Scholiasta: χὼ δεινὸς ὅρκος· ὅτι καὶ ὀμόσαντές τινες ἐν μεταβολῇ γίνονται τῷ χρόνῳ. Notanda autem locutio ὅρκος ἁλίσκεται, quam alibi usurpatam vix reperies. Neque hic, opinor, usurpata esset, nisi addita verba αἱ περισκελεῖς φρένες essent. De adiectivi περισκελής usu Lobeckius ad hunc locum exposuit. Ceterum Eustathius p. 336, 24. (254, 38.): δεινὸς δὲ οὐ μόνον ὁ κατὰ Στύγα ὅρκος, ἀλλὰ καὶ ὁ ἁπλῶς, τοῖς γε σῶα φρονοῦσι. καὶ δηλοῖ αὐτὸ σὺν ἄλλοις καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ, ἀλλ' ἁλίσκεται — ὅρκος.

V. 631. ὃς τὰ δείν' — τότε] Qui antea invictus tolerabam quae vehementia erant. Opposita sibi verba sunt τὰ δεινὰ et πρὸς τῆςδε τῆς γυναικός. De accusativo vide Eur. 1074 χρὴ δ', ὅςτις εἰσὶ, καρτερεῖν θεοῦ δόσιν. Iph. Aul.

κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν, ἀλλ' ἁλίσκεται
χὠ δεινὸς ὅρκος χαὶ περισκελεῖς φρένες.
κἀγὼ γάρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
βαφῇ σίδηρος ὥς, ἐθηλύνθην στόμα
πρὸς τῆσδε τῆς γυναικός, οἰκτείρω δέ νιν
χήραν παρ' ἐχθροῖς παῖδά τ' ὀρφανὸν λιπεῖν.
ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτίους
λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ
μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι θεᾶς·

V. 630. χαὶ scripsi cum Brunckio aliisque. Libri καὶ.

V. 637. Cum Brunckio ἐξαλύξωμαι scripsi ex Hesychio, apud quem legitur: ἐξαλύξωμαι· φυλάξωμαι. Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ. Item Scholiastes ad hunc locum: ἐξαλύξωμαι· φυλάξωμαι, ἐκκλίνω. Libri plerique ἐξαλεύσωμαι.

1370 τὰ δ' ἀδύναθ' ἡμῖν καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον. De τότε particula recte Scholiastes: τότε· ἀντὶ πρὸ τοῦ. Cfr. 1240. 1377. El. 278. Trach. 857. ad O. C. 427 sq. ed. meae et Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 1023.

V. 632 sq. βαφῇ — γυναικός] Coniungenda verba βαφῇ σίδηρος ὥς cum sequentibus, non cum antecedentibus, dicitque Aiax hoc: emollitum se a muliere aciem esse, i. e. emollitam a muliere aciem suam esse (asperitatem ait suam lenitam esse), quemadmodum ferrum oleo tinctum restingui soleat. Vera igitur haec tantum Scholiastae adnotatio: διssῶς βάπτεται ὁ σίδηρος· εἰ μὲν γὰρ μαλθακὸν βούλονται αὐτὸν εἶναι, ἐλαίῳ βάπτουσιν, εἰ δὲ σκιρόν, ὕδατι. Musgravius adscripsit Plin. H. N. XXXIV, 41 tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. Adde, quos Lobeckius adscripsit, Hippocratem Coac. Praenn. p. 294. T. I. σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον. et Plutarch. de Prim. Frig. c. 13. p. 109 βελόνας καὶ πόρπας σιδηρᾶς οὐχ ὕδατι βάπτουσιν, ἀλλ' ἐλαίῳ, φοβούμενοι τὴν ἄγαν ψυχρότητα τοῦ ὕδατος ὡς διαστρέφουσαν. De ἐθηλύνθην στόμα Scholiastes rec.: ἐμαλάχθην τὴν σφοδρὰν ὁρμήν. ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ στόματος τῆς μαχαίρας.

V. 633 sq. οἰκτείρω δέ νιν etc.] Notum est Graecos δέ particula saepe uti, ubi scriptores Latini ita ut particulas ponant.

V. 635 sq. Schol.: πιθανὴ αὐτῷ ἡ ἔξοδος, ὡς ἐπὶ καθαρμόν· μονάσαι γὰρ βούλεται χάριν τῆς ἀναιρέσεως.

Ibid. πρός τε λουτρὰ — λειμῶνας] Recte monet Neuius altero substantivo consilium itineris, altero locum significatum esse, coll. O. R. 761 ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομάς. et Pindar. Ol. I, 38 ἐς ἔρανον φίλαν τε Σίπυλον. Notum autem illud est, fuisse veteres Graecos in ea opinione, ut aquam marinam in lustrando corpore efficacissimam esse putarent. Cfr. Musgrav. ad Eur. Iph. T. 1201.

V. 636. λύμαθ' ἁγνίσας ἐμά] Λύματα non tam sunt sordes peccati aut culpae

μολών τε, χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω,
κρύψω τόδ' ἔγχος τοὐμόν, ἔχθιστον βελῶν,
γαίας ὀρύξας ἔνθα μή τις ὄψεται·
ἀλλ' αὐτὸ νὺξ Ἅιδης τε σωζόντων κάτω.
ἐγὼ γὰρ ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
παρ' Ἕκτορος δώρημα δυςμενεστάτου,
οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα.
ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.

ob caedem bestiarum contractae, cuius expiationem dis deberet, quam corporis, ut Iuno Il. ξ, 171 λύματα καθῆρε. Ἁγνίζω autem, de lustratione sacra frequentissimum, poetae placuit, quia in illa corporis purgatione inesse debebat praeparatio ad reconciliationem Palladis. Nam sanguine aut alio sordium genere inquinatos nefas putabatur sacra facere, Il. ξ, 266. IAEG.

V. 638 sqq. μολών τε — κάτω] Mos fuisse apud veteres videtur, ut instrumenta, quibus scelus patratum fuisset, aut exitio darent, aut certe, si id fieri ob duritiem materiae nequibat, a visu omnium amoverent. Hercules apud Sen. Herc. fur. 1230 tibi tela frangam nostra; tibi nostros, puer, rumpemus arcus, ac tuis stipes gravis ardebit umbris. Harpocration v. ὀξυθυμία morem fuisse tradit, arbores, unde quis se suspendisset, excindere vel urere. Sic inanimata extra fines terrae deportari vult Plato p. 935. E., Draconem imitatus. — Enses, e ferro conflatos, quum penitus abolere non possent, et tamen res piaculo inquinatas ne solis quidem lumini patefaciendas putarent (O. R. 1411 sq.), ideo in viscera terrae, tamquam inaccessum soli locum, condidisse videntur. Hinc fortasse Iason Apollonii IV, 696. ad focum Circes considet, μέγα φάσγανον ἐν χθονὶ πήξας, ᾧπερ τ' Αἰήταο παῖν κτάνεν. MUSG.

V. 639. ἔγχος] Vide ad v. 95. Eustathius p. 644, 48. (505, 31.): Σοφοκλῆς ἔγχος περιπετὲς (907.) εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ᾧ περιπέπτωκεν Αἴας· ξίφος ὂν ἐκεῖνο πάντως. τὸ δ' αὐτὸ καὶ βέλος τολμηρῶς ἔφη ἐν τῷ ἔγχος ἔχθιστον βελῶν, ὡς δοθὲν ὑπὸ ἐχθροῦ τοῦ Ἕκτορος. δῆλον δὲ, ὡς οὔτε Ἕκτωρ δόρυ ἔδωκεν Αἴαντι, ὃ ταυτίζεται πρὸς τὸ ἔγχος, καὶ ὅτι οὐ βάλλεται ἔγχος, τὸ κατὰ τὸ ξίφος. ἐκηβολίαν γὰρ ἡ τοῦ βέλους λέξις δηλοῖ. ἴσως οὖν καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τετόλμηκεν ὁ Σοφοκλῆς καινότερον.

V. 642. χειρὶ] Vide ad v. 710 sq. ed. meae. Rem narrat Homerus Il. η, 303 sqq.

V. 644. κεδνὸν] i. e. τίμιον, ἀγαθόν. Conferri Neuius iubet Blomf. gloss. ad Aesch. Spt. c. Th. 62.

V. 646. ἐχθρῶν — ὀνήσιμα] Euripides Medea v. 621 κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. De locutione ἄδωρα δῶρα ad El. 1133 ed. meae monitum est. Fr. Iacobsius de Aiacis et Hectoris donis mutuo

τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς
εἴκειν, μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.
ἄρχοντές εἰσιν, ὥςθ' ὑπεικτέον· τί μή;
καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
τιμαῖς ὑπείκει· τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς
χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει·
ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανὴς κύκλος

V. 653. αἰανής ex La. cum Hermanno restitui. Vide El. 506. et Blomf. ad Aesch. Pers. 935. Vulgo αἰανῆς.

datis adscripsit Anthol. Pal. VII. 152 οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα, ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

V. 649. τί μή] Sic Aesch. Eum. 203 ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι; τί μή; Ag. 672 λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας· τί μή;

V. 650. Schol.: τὰ δεινά· τὰ θεῖα καὶ δέος ἐμποιοῦντα.

V. 651. τιμαῖς] Iis, quibus honos debetur, sive quae dignitate praecellunt. De τοῦτο μὲν — δὲ vide ad Philoct. 1317 sq. ed. meae.

V. 651 sq. νιφοστιβεῖς χειμῶνες] Nivosae hiemes. Nam νιφοστιβής significat nive densus, schneegedrängt, schneedicht. Male interpretatus hoc vocabulum Passovius videtur.

V. 653 sq. ἐξίσταται δὲ — φλέγειν] Verbum ἐξίσταται eodem sensu positum quo ante ἐκχωροῦσιν. De addito infinitivo φλέγειν φέγγος vide ad v. 850 ed. meae.

Ibid. Schol.: αἰανής· τουτέστιν ὁ σκοτεινὸς κύκλος, ἢ ἀδιάλειπτος. Suidas: αἰανὴς κύκλος· σκοτεινὸς, ἀδιάλειπτος. Σοφοκλῆς· νυκτὸς αἰανὴς κύκλος. ἢ αἰανῆς, θρηνητικῆς, παρὰ τὸ αἰάζω, τὸ θρηνῶ. Non dubitandum puto, quin Suidas, quum αἰανής interpretatus est θρηνητικῆς, male ad hunc locum rettulerit, quae ad El. 492 ed. meae a Scholiasta adnotata legerat. Illius enim loci ratio ea est, ut αἰανής nihil nisi gravis vel miser significare possit. Atque eo sensu saepe usurpatum id adiectivum a poetis esse apparet ex exemplis illis, quae Blomfieldius ad Aesch. Pers. 935. attulit. Contra hoc loco manifestissimum vere Scholiastam αἰανής explicasse σκοτεινός. Nihilominus ingenue profiteor me nondum perspexisse, quomodo tam diversae significationes uni huic vocabulo attribui potuerint.

Ibid. νυκτὸς αἰανὴς κύκλος] Non ambiguum esse puto, quid Sophocles hac locutione, qua praeter eum nemo poetarum Graecorum usus videtur, significare voluerit. Fingitur enim Nox simili modo tenebras afferre mortalibus, atque Dies sive Sol, cui opponitur, lucem affert mortalibus. Itaque quae forma Solis est, orbem dico rotundum, ea poetice hoc loco Noctis esse dicitur. Cfr. Ant. 415 sq. ἕς τ' ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος.

τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν·
δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον· ἐν δ' ὁ παγκρατὴς ὕπνος
λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει.
ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν;
ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι
ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος,

V. 655. Hermannus δεινῶν δ' scripsit.
V. 659. Brunckius ἔγωγ' ἐπίσταμαι γὰρ etc.

V. 654. τῇ λευκοπώλῳ — ἡμέρᾳ] Sic Aesch. Pers. 392 ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν. Eurip. Troad. 848 τὸ τᾶσδε λευκοπτέρου ἁμέρας φίλον βροτοῖς φέγγος. Cfr. Schol. ad Orest. 1004. Theocr. XIII, 11 οὐδ' ὅκα ἁ λεύκιππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς ἀώς.

V. 655 sq. δεινῶν — πόντον] Quum deberet poeta dicere: remittere aliquando procellam vel cedere, sicut sedetur mare ab eo perturbatum, quo brevior pariter atque gravior existeret oratio, quod sequitur ex eo, si cedit procella, ut mare sedetur, id ipsam efficere procellam dixit, ita ut procellae vim potestatemque maris sedandi tribueret. Quae potestas quanquam sedenti tantum procellae videtur tribui potuisse, tamen in suppresso istiusmodi participio eo minus offensionis hic est, quo magis auditores praegressis sententiis verbisque ὑπείκει, ἐκχωροῦσιν, ἐξίσταται admoniti erant, ut de cedente vel remittente procella agi intelligerent. Huc accedit, quod veteres scriptores et Graeci et Latini a dis numinibusque ea effici nonnunquam dicunt, quae sequi tantum ex eorum discessu debebant dicere. Sic M. Tullius de N. D. II, 19 Sol ita movetur, ut, quum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus opacet. Horat. Od. I, 3, 15. quo (Noto) non arbiter Hadriae maior, tollere seu ponere vult freta. Idem Carm. saec. v. 9. sq. alme Sol, curru nitido diem qui promis et celas. Simillime dictum O. C. 869 sq., ubi Oedipus, oculorum visu privatus, invocat Solem, ut eadem, qua ipse laboret, calamitate aliquando Creontem afficiat. Atque hinc factum videtur, ut, quorum malorum aliqui deus auctor fuit, eorundem depulsor saepe esse crederetur. Ita Mars infra v. 706. depulisse calamitatem, qua affecisse Aiacem existimatus erat, et Trach. 644 sq. bellum, cuius auctor esse putabatur, sustulisse dicitur. — De aoristi ἐκοίμισε significatu vide Matth. §. 502. 3. et Rost. §. 116. 8. not. 4.

V. 656. ἐν δὲ] item, etiam. Vide quae ad El. 700. adnotavimus.

V. 657. λύει πεδήσας] Ne quis omissum esse accusativum obiecti putet, monendum est universe haec dicta esse hoc sensu: adimit quae adhibuerit vincula. Quibus verbis hoc significari patet: relinquit rursus quem complexus erit.

ὡς καὶ φιλήσων αὖθις, ἔς τε τὸν φίλον
τοσαῦθ᾽ ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι,
ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. τοῖς πολλοῖσι γὰρ
βροτῶν ἄπιστός ἐσθ᾽ ἑταιρίας λιμήν.
ἀλλ᾽ ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει, σὺ δὲ
ἔσω θεοῖς ἐλθοῦσα διὰ τέλους, γύναι,
εὔχου τελεῖσθαι, τοὐμὸν ὧν ἐρᾷ κέαρ.

V. 664. ἑταιρίας cum Brunckio et Lobeckio, quem vide, scripsi. Plerique codd. ἑταιρείας.

V. 659. ἐγὼ δ᾽ ἐπίσταμαι γάρ] Eodem modo hic δὲ — γὰρ particulae ad unum spectant verbum ἐπίσταμαι, ut saepe ἀλλὰ — γὰρ particulae (cfr. El. 582. 606 sq. ed. m. et Ant. 155.) ambae ad unum verbum referuntur. Vide Matth. §. 615. et, qui ab eo commemorati sunt viri docti, quibus addendus Fritschius Quaest. Luc. p. 64 sq.

V. 660 sq. ὅ τ᾽ ἐχθρὸς ἡμῖν etc.] Adumbravit his verbis poeta Biantis praeceptum Aristot. Rhet. II, 13, 765. E. XXII. 780. E. φιλεῖν δεῖ ὡς μισήσοντας καὶ μισεῖν ὡς καὶ φιλήσοντας. Sed etiam Zaleuci lege sancitum est, ne quis civium implacabili odio inimicum persequeretur, sed ita cogitaret, se aliquando cum eo in gratiam rediturum esse, Diod. Sic. XII. c. 20 καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς, ὅτι καὶ φιλίας κοινωνητέον μὴ ἀπογινώσκοντας ἔχθραν καὶ προςκρουστέον ὡς φιλίας ἐσομένης. Philo de Char. p. 713. A. Cfr. Seneca Ep. XCIV. p. 236. et Gruter. ad P. Syri Sent. p. 484. (p. 216. ed. Orell.). Hoc infirmior est Wyttenbachii coniectura in Bibl. Crit. II. P. I. 45. Platonis similem sententiam Rep. V. 465. ex hoc Sophoclis loco ductam esse. LOB. Adde M. Tulli de amicitia c. 16.

V. 661 sq. ἔς τε τὸν φίλον etc.] Quod attinet ad amicum. Exempla similia vide apud Matth. §. 578. c.

V. 664 sq. τοῖς πολλοῖσι — λιμήν] Haud dissimilem rationem Lobeckius monet Biantem reddere apud Diog. I, 82 τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς.

V. 665. ἀλλ᾽ ἀμφὶ μὲν — σχήσει] Idem est, ac si dixisset: ἐγὼ μὲν σωφρονήσω.

V. 665 sqq. σὺ δὲ — τελεῖσθαι] Adverte inversum ordinem verborum, quae scriptor prosaicus ita collocasset: σὺ δὲ ἔσω ἐλθοῦσα, γύναι, θεοῖς εὔχου διὰ τέλους τελεῖσθαι etc. Vide ad v. 58. Praeterea Lobeckius, διὰ τέλους, inquit, ab Hippocrate semper pro διὰ παντὸς τοῦ χρόνου dici affirmat Galenus de Diffic. Resp. II. 6, 253. T. VII. (846.) eumque significatum habet Aesch. Eum. 64. Eur. Hec. 1193. Bacch. 1259. Plat. Legg. III. 687. C. IV. 721. C. Demosth. de Foed. Al. 216, 22. Menand. fragm. p. 123., sed Sophocles hoc loco pro τελέως posuit, ut Aesch. Prom. 273. Eur. Hec. 817., quod saepius εἰς τέλος dicitur.

ὑμεῖς θ', ἑταῖροι, ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε
τιμᾶτε, Τεύκρῳ τ', ἢν μόλῃ, σημήνατε
μέλειν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.
ἐγὼ γὰρ εἶμ' ἐκεῖσ', ὅποι πορευτέον·
ὑμεῖς δ' ἃ φράζω δρᾶτε, καὶ τάχ' ἄν μ' ἴσως
πύθοισθε, κεἰ νῦν δυστυχῶ, σεσωσμένον.

ΧΟΡΟΣ.

(στροφή.)

Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν·

V. 668 sq. ταὐτά μοι — τιμᾶτε] Honoris causa mihi tribuite. Sic Ant. 514 πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν. Addidit Lobeckius Pindar. Pyth. IV, 481 Παιάν σοι τιμᾷ φάος. et Append. Epigr. n. 282 Ἑρμῆ, δέξο θυσίην, ἥν σοι λοιβαῖσι γεραίρω.

V. 670. μέλειν — ἡμῶν] Curam mei gerere. De verbo μέλειν personaliter usurpato ad El. 335 ed. meae monitum est.

V. 671. Schol.: ἐγὼ γὰρ εἶμι· αἰνιγματωδῶς ὁ λόγος ἐξενήνεκται.

V. 672 sq. Schol.: καὶ τάχ' ἄν μ' ἴσως· ὁ μὲν χορὸς ἀπαλλάσσεσθαι νομίζει λέγειν τῆς νόσου, ὁ δὲ αἰνίττεται τῶν κακῶν τοῦ βίου. Multa exstant apud poetas tragicos istiusmodi ambiguitatis exempla. Cfr. El. 1324 sq. 1448 — 1465. Phil. 779.

V. 674 — 699. Schol: χρείας ἕνεκα τὸ χορικὸν νῦν παρείληπται· ἐξελθόντος γὰρ τοῦ Αἴαντος ἔδει βραχὺ διάλειμμα γενέσθαι, ἵνα μὴ καταληφθῇ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου· διὸ καὶ τὴν ὄρχησιν ποιοῦνται· ἔνθεν καὶ βραχύ ἐστι τὸ χορικόν, ὡς πρὸς χρείαν εἰλημμένον. Ἄλλως. τέρπεται ὁ χορὸς ἐπὶ τῷ παύεσθαι τῆς νόσου τὸν Αἴαντα, καὶ φησιν, ὑφ' ἡδονῆς ἔφριξα καὶ βούλομαι χορεῦσαι· εὐεπίφορος δὲ ὁ ποιητὴς ἐπὶ τὰς τοιαύτας μελοποιΐας, ὥστε ἐντιθέναι τι καὶ τοῦ ἡδέος.

V. 674. ἔφριξ' ἔρωτι] Horrere homines in summa laetitia non Sophocles solus dixit, sed etiam Aeschylus apud Schol. ad O. C. 1049 ἔφριξ' ἔρωτι τοῦδε μυστικοῦ τέλους. et Euripides Hel. 640 γέγηθα· κρατὶ δ' ὀρθίους ἐθείρας ἀνεπτέρωκα. Tum voc. ἔρως noli cum Lobeckio explicare χάρμα, qua significatione neque alibi umquam usurpatum est, neque hic usurpatum esse ex verbis sequentibus, περ. ἀνεπτόμαν, apparet, quibus idem diceretur atque verbis praecedentibus, si ἔρως gaudium vel laetitiam significaret. Immo significat cupiditatem sive desiderium, spectatque ad ea, quae v. 675 — 682. dicta sunt, imprimis vero ad verba νῦν ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι. Cfr. O. C. 436. Phil. 660. — De usu verbi volandi metaphorico ad Ant. 1286. egimus.

V. 676. ἁλίπλαγκτε] Panem ἁλίπλαγκτον dici putant Scholiastae ἢ ὅτι ἐβοήθησε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ναυμαχίᾳ (vide Theaetet. Epigr. III. Anal. Br. T. III. p. 515. Opp. Anth. Pal. T. II. p. 696. no. 233.), ἢ ὅτι τὸν Τυφῶνα δικτύοις ἤγρευσε (piscium ferculis inescatum narrat Oppianus Hal. III, 16.), ἢ ὅτι οἱ ἁλιεῖς τιμῶσι τὸν Πᾶνα

ἰὼ ἰώ, Πάν, Πάν,
ὦ Πάν, Πὰν ἁλίπλαγκτε Κυλλανίας χιονοκτύπου
πετραίας ἀπὸ δειράδος
φάνηθ᾽, ὦ θεῶν χοροποί᾽ ἄναξ,
ὅπως μοι Νύσια Κνώσι᾽ ὀρχήματ᾽ αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς.
νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.
Ἰκαρίων δ᾽ ὑπὲρ πελαγέων μολών, ἄναξ Ἄπολλον,

V. 684. Ἄπολλον ex mea coniectura scripsi. Libri Ἀπόλλων.

ὡς γάμιον θεόν, v. Pindar. fragm. LXV. 594. Ausonius Mosell. 172. Panes inducit fluctibus insultantes, et in pugna Liberi patris navali apud Nonnum XLIII. 214. excellit Pan ἀβάτοισιν ἐν ὕδασι κοῦφος ὁδίτης. idemque in numero deorum litoralium refertur, de quo vide Interpp. ad Theocr. V. 14.; piscatorum adiutor dicitur ab Agath. Ep. XXVIII. Hinc patet Panem, quamvis numinibus maris adscriptus non sit, tamen ob negotia maritima ἁλίπλαγκτον dici potuisse, et hoc loco a Choro ita invocari: tu, qui maria pervagari soles, adesdum mare Aegaeum transvectus. LOB.

Ibid. Κυλλανίας — δειράδος] Bene monet Lobeckius Cyllenen ut nobiliorem Panis sedem poetam commemorare maluisse quam Psyttaliam Salaminiis propiorem, coll. Schol. Aesch. Pers. 447.

V. 679. θεῶν χοροποί᾽ ἄναξ] Idem his verbis Sophocles significavit atque Pindarus fragm. n. 67. p. 593. Panem dicens χορευτὴν τελεώτατον θεῶν.

V. 680. Νύσια Κνώσι᾽ ὀρχήματα] Eustathius p. 1166, 18. opinatur Sophoclem iuvenum bis septem, quos Theseus duxit, festas Choreas Gnosi celebratas in animo habuisse. Sed Gnosiae dicuntur saltationes, quae quondam a Curetibus ad occultandum Iovis vagitum institutae sunt; Nysiae, quas Satyri Nysigenae Nymphaeque Bacchi nutrices saltarunt. Scholiastes: τῶν μὲν ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητική, ἡ καὶ Πυῤῥίχη. Νυσίας γὰρ ἡ Βερέκυνθος. quae Meursius perperam ad Suidae modum corrigit ad Lyc. 249. Cfr. Iungermann. ad Polluc. IV. 99. et Aglaopham. T. II. 1154. LOB.

Ibid. Schol.: αὐτοδαῆ· αὐτομαθῆ, ἃ ἐκ φύσεως ἔχεις, οὐ διδακτά. De locutione ὀρχήματα ἰάπτειν vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. exposui. Neque enim assentior Lobeckii huius loci interpretationi. Recte vero idem, illa deorum invocatio, inquit, e veritate expressa hymnisque assimilata est. Lucianus Salt. §. 10. p. 130. T. V. τὸ ᾆσμα Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς ἐστι καὶ Ἐρώτων, ὡς συγκωμάζοιεν αὐτοῖς καὶ συνορχοῖντο. quo solvitur Matthiaei haesitatio, mirum esse dicentis, si Chorus a Pane petat, ut se coram (immo ut secum) saltet. Idem expetit Chorus Aristoph. Ran. 328. Ἴακχ᾽, ὦ Ἴακχε ἐλθὲ χορεύσων, ἔξαγε χοροπριόν, μάκαρ, ἦβαν.

V. 683 sqq. Ἰκαρίων — εὔφρων] Scholiastes verba εὔγνωστος et εὔφρων ita connexa

ὁ Δάλιος, εὔγνωστος
ἐμοὶ ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων.
(ἀντιστρ.)
ἔλυσεν αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης.
ἰὼ ἰώ, νῦν αὖ,
νῦν, ὦ Ζεῦ, πάρα λευκὸν εὐάμερον πελάσαι φάος
θοᾶν ὠκυάλων νεῶν,
ὅτ' Αἴας λαθίπονος πάλιν,

V. 687. ἔλυσεν αἰνὸν ex Heathii coni, cum Hermanno scripsi. Libri ἔλυσε γὰρ αἰνόν.

V. 693. θοᾶν ex La. Lb. et Γ. restitui. Item Schol.: θοᾶν· ἀντὶ τοῦ θοῶν. Cfr. v. 648. 880. 883. 948. Vulgo θοῶν.

V. 695. Post μαραίνει in codd. addita reperiuntur haec verba: τε καὶ φλέγει. Quae primus Brunckius delevit.

censet, ut significetur: φανερὸς ὢν ὅτι εὔφρων ἐστί, favoris manifestus; sed non persuadet. Postquam enim Panem praesultatorem invitavit Chorus, nihil magis consentaneum videtur quam ut Apollinis quoque, dei festivissimi, numen praesens ex propinquo venerari gestiat, ex communi opinione, deos cultoribus suis φαίνεσθαι ἐναργεῖς. LOB. Quanquam assentior Lobeckio in interpretatione voc. εὔγνωστος, tamen illud incredibile mihi videtur, Apollinem, quod deus festivissimus esset, invocatum a Choro esse, ut summa laetitia sibi exultanti adesset. Immo quod deus ille tutelaris Atheniensium erat (vide ad El. 624 ed. m.), cujus auxilio, si quae pericula salvi evaserant, adiutos se putabant, eam ob caussam depulso, quo Aiax correptus fuerat, morbo, ut gratias ei agant, accedere ad se Apollinem Chorus vult. Simillime Trach. 205 sqq. quum nuntiatum esset, Herculem extremis laboribus exantlatis incolumem domum reversurum esse, Chorus in Apollinem hymnum canit. Deinde vero notandum duo optare hoc loco Chorum, et ut intersit festo suo, et ut in posterum sibi propitius sit Apollo. Hoc enim sensu verba εὔγνωστος — εὔφρων dicta videntur: εὔγνωστος ξυνείης καὶ διὰ παντὸς εὔφρων εἴης. Denique de nominativo ὁ Δάλιος ad Ant. 1090. monuimus.

V. 687. ἔλυσεν — Ἄρης] Martem non belli tantum, sed etiam aliorum malorum auctorem esse existimatum, iam ad O. R. 185. adnotavimus. Idem quomodo depulsor eius mali, cuius auctor putabatur, dici potuerit, ad v. 655 sq. explicavimus. Scholiastes: Ἄρης· ἡ λύσσα, ἡ μανία. Ceterum vide ad v. 51. adnotata.

V. 690 sq. Schol.: νῦν, ὦ Ζεῦ, πάρα λευκόν· νῦν πάρεστιν ἡμέρα λαμπρὰ ἡμῖν, ὥστε ἐγγίσαι τῶν νεῶν· πρότερον γὰρ ἐξετρεπόμεθα ἐπιμίγνυσθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ τὴν αἰδῶ. Recte Musgravius mouuit λευκὸν εὐά-

θεῶν δ' αὖ πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσ' εὐνομίᾳ
σέβων μεγίστᾳ.
πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει·
κοὐδὲν ἀναύδητον φατίσαιμ' ἄν, εὖτέ γ' ἐξ
ἀέλπτων
Αἴας μετανεγνώσθη
θυμῶν Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.

V. 696. φατίσαιμ' cum Lobeckio et Hermanno scripsi. Libri φατίξαιμ'.

V. 698. μετανεγνώσθη primus Lobeckius ex bonis codd. restituit. Vulgo μετεγνώσθη.

V. 699. θυμῶν secundum Triclinium cum Lobeckio aliisque scripsi. Libri θυμόν, nisi quod Par. 1. θυμόν τ', unde Hermannus θυμοῦ τ' scripsit.

μερον φάος periphrasin esse locutionis proverbialis λευκὴ ἡμέρα, de qua videndus Hesychius in ea voce eiusque interpretes, Moer. Att. ed. Piers. p. 477. et Lobeck ad Phryn. p. 473. De genitivo νεῶν ex πελάσαι apto vide ad Phil. 1299 ed. meae.

V. 691. θοᾶν ὠκ. νεῶν] Opportune adnotavit Lobeckius saepe fieri, ut coniungantur epitheta idem aut paene idem significantia, coll. Hom. Od. η, 34 νηυσὶ θοῇσι πεποιθότες ὠκείῃσι. hymn. in Apoll. 107 ποδηνέμος ὠκέα. Hesiod. Theog. 786 ἠλιβάτοιο ὑψηλῆς. Theocr. VII, 15 λασίοιο δασύτριχος. Oppian. Cyneg. II, 566 διεροῖσιν ἐν ὑγροπόροισι βένθεσι. Quint. Calab. XII, 114 ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος.

V. 692. Schol.: λαθίπονος· ἐπιλήσμων τῆς λύπης, ἐγένετο δηλονότι.

V. 693. Schol.: πάνθυτα· πάνσεπτα. ἐξήνυσεν· ἐξεπλήρωσεν. Hoc dicit Chorus, coepisse Aiacem rursus colere summa cum pietate leges divinas et facere, quae ex iis facere eum convenerit, respiciens ad ea, quae ille v. 635 sqq. et v. 647 sq. ed. meae dixit. De πάνθυτος cfr. Eur. Iph. A. 185 πολύθυτον ἄλσος. De adiectivis cum πᾶν pronomine compositis ad Trach. 50. dixi.

V. 696. Schol.: ἀναύδητον· ἀπόῤῥητον, ἀνέλπιστον. Idem fere his verbis Chorus dicit atque supra v. 629. Aiax posuit, κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν.

V. 696 sqq. εὖτέ γ' — νεικέων] Quoniam quidem ex insperato Aiax recessit ab ira in Atridas magnisque rixis. De locutione ἐξ ἀέλπτων, pro qua vulgo ἐξ ἀέλπτου dici solet, de plurali θυμῶν, et de genitivo ex verbo μετανεγνώσθη apto egit ad hunc locum Lobeckius. De εὖτε particula ipse dixi ad O. C. 84. Denique de dativo Ἀτρείδαις cfr. Hom. Il. α, 283 Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον. Od. φ, 377 καὶ δὴ μεθίεν χαλεποῖο χόλοιο Τηλεμάχῳ. et Matth. §. 387.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες φίλοι, τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω,
Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ
κρημνῶν. μέσον δὲ προςμολὼν στρατήγιον
κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ.
στείχοντα γὰρ πρόσωθεν αὐτὸν ἐν κύκλῳ
μαθόντες ἀμφέστησαν, εἶτ᾽ ὀνείδεσιν
ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν οὔτις ἔσθ᾽ ὃς οὔ,
τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὡς οὐκ ἀρκέσοι

V. 700. Hermannus ex Musgravii coniectura scripsit ἄνδρες, φίλον τὸ πρῶτον. Verissimam scripturam vulgatam esse iudico.

V. 707. Non male Schaeferus et Elmsleius στρατῷ scribendum coniecerunt.

V. 700 sqq. Schol.: ἄνδρες φίλοι· ἄγγελος ἥκει ἀπὸ τοῦ στρατοῦ, ἀγγέλλων τὴν παρουσίαν τοῦ Τεύκρου. θαυμαστὴ δὲ ἡ εἴςοδος τούτου τοῦ ἀγγέλου· τοῦ Αἴαντος ἔξω ἑαυτὸν διαχειρουμένου, οὐκ εἶχον οἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ, οὔτε ἡ Τέκμησσα γνῶναι τὸ πραχθέν· πιθανῶς οὖν ὁ ἄγγελος ἀπαγγείλας παρασκευάζει αὐτοὺς ἐξιέναι κατὰ ζήτησιν· καὶ οὕτως ἐπιτεύξονται τῷ πτώματι. δεξιῶς δὲ καὶ τὸ τὸν Κάλχαντα μαθεῖν· οἰκεῖον γὰρ τῷ μάντει· καλῶς δὲ καὶ τὰ τῆς σκηνῆς ἐσκεύασται. Αἴαντος γὰρ καταλιπόντος, προῆλθεν ὁ ἄγγελος· εἶτα τοῦ χοροῦ τὴν σκηνὴν ἐάσαντος διὰ τὴν ζήτησιν, ἔξεισιν ὁ Αἴας ἐπὶ τὴν πρᾶξιν· τῷ δὲ θεατῇ οὐδὲν ἀργὸν περιλείπεται, πεποικιλμένης διαφόρως τῆς ἐν τῇ σκηνῇ προσωποποιΐας.

V. 700 sq. τὸ πρῶτον — κρημνῶν] Nunquam, quod sciam, τὸ πρῶτον adverbii loco poni solet. Itaque, quod saepissime faciunt Graeci, in unum contracta esse membrum puto, quae nos duobus efferre consuevimus, hoc modo: τὸ πρῶτον, ὃ ἀγγεῖλαι θέλω, ἐστὶν scil. τοῦτο, ὅτι etc. Solent autem saepe similiter ordiri orationem nuntii. Sic Ant. 238 φράσαι θέλω σοι πρῶτα τἀμαυτοῦ· τὸ γὰρ πρᾶγμ᾽ etc. Adde eiusdem fab. 245. Phil. 591. 603. — Ceterum alterum, quod ille nuntiaturus Choro advenit, illud est, quod v. 733 sqq. coll. 761 sqq. ed. meae legitur.

V. 701 sq. Μυσίων — κρημνῶν] Olympum vel Idam montem intellige. Cfr. Strabo XII, 4 extr.: πρὸς νότον δ᾽ εἰσὶ τοῖς Βιθυνοῖς οἱ περὶ τὸν Ὄλυμπον Μυσοί, οὓς Ὀλυμπηνοὺς καλοῦσί τινες, οἱ δὲ Ἑλληςποντίους. Vide etiam ad v. 557.

V. 702. Schol.: στρατήγιον· τὸ στρατόπεδον, Ἀττικῶς.

V. 703. Schol.: κυδάζεται· λοιδορεῖται, ὑβρίζεται ὑπὸ πάντων. καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀμύκῳ· Ἄμυκε, μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν. καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἰφιγενείᾳ· οὔτοι γυναιξὶ δεῖ κυδάζεσθαι· τί γάρ; ἀρσενικῶς δὲ ὁ κῦδος ἐπὶ τῆς ὕβρεως. Eadem leguntur apud Schol. Apollon. Rhod. I, 1337. Schol. Aristoph. Nub. 618.

τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν.
ὥστ' εἰς τοσοῦτον ἦλθον, ὥστε καὶ χεροῖν
κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη.
λήγει δ' ἔρις δραμοῦσα τοῦ προσωτάτω
ἀνδρῶν γερόντων ἐν ξυναλλαγῇ λόγου.
ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στιν, ὡς φράσω τάδε;
τοῖς κυρίοις γὰρ πάντα χρὴ δηλοῦν λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἔνδον, ἀλλὰ φροῦδος ἀρτίως, νέας
βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις.

V. 708. Brunckius cum paucis codd. ἀρκέσει scripsit.

V. 712. προσωτάτω primus Loceckius ex bonis codd. restituit. Vulgo προσωτάτον.

Etymol. M. p. 325, 8. Eustathium p. 790, 40.

V. 704 sq. στείχοντα — ἀμφέστησαν] Vix opus est, ut moneatur ita iungenda verba esse: πρόσωθεν γὰρ στείχοντα αὐτὸν μαθόντες ἀμφέστησαν ἐν κύκλῳ. Vide ad v. 58.

V. 705 sq. ὀνείδεσιν ἤρασσον] Vide ad v. 1216. Tum οὔτις ἔσθ' ὃς οὐ idem significat atque πάντες. Vide Matth. §. 483. extr.

V. 708 sq. Schol.: ὡς οὐκ ἀρκέσοι· ἐπὶ τοῦ Τεύκρου· ὡς οὐκ ἐπαρκέσοι ἑαυτῷ τὸ μὴ λιθόλευστος γενέσθαι. Non mirum est membrum transitivum, ὡς οὐκ — θανεῖν, a verbis ἤρασσον ὀνείδεσιν aptum esse, quae hoc significent ὀνειδίζοντες ἔλεγον. Vide Hermann. ad Vig. p. 875. — De πᾶς pronominis usu ad Ant. 770. dixi.

V. 710 sq. χεροῖν — ξίφη] De addito nomine χεροῖν confer v. 661. 1047. El. 54. 456. 996, Ant. 429. Tum de genitivo κολεῶν vide ad Phil. 605 ed. meae. Denique verbum διαπεραιοῦν non tam educere, ut vulgo explicant, quam traiicere, id est iactare contra adversarium videtur significare.

V. 712. δραμοῦσα τοῦ προσωτάτω] i. e. εἰς τοὔσχατον ἐλθοῦσα. Similia attulit Lobeckius haec: ἰέναι τοῦ πρόσω Aen. An. I, 3 προϊέναι τοῦ πρόσω Arrian. Alex. II, 6, 7. et plura exempla eiusdem generis ex Philostrato. cf. Rost. §. 108. 2. d. p. 518.

V. 713. ἀνδρῶν — λόγου] Recte Hermannus monuit idem hoc esse atque τῶν γερόντων συναλλασσόντων αὐτοὺς διὰ λόγων. De duplici genitivo vide ad v. 54., de nomine ξυναλλαγή ad O. R. 33 sq. et Eur. Suppl. 602 λόγων ξυναλλαγαῖς.

V. 717. Schol.: ἐγκαταζεύξας· ἁρμόσας. Mutato animo mutasse consilium quum Aiax dicitur, non dubium videtur, quin liberatus morbo sui occidendi consilium abiecisse significetur. Adscripsit Lobeckius M. Tullii ad Fam. IV, 6 ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodare.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἰοὺ ἰού.
βραδεῖαν ἡμᾶς ἄρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἔστι χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης
μὴ 'ξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχοι.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' οἴχεταί τοι πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς
γνώμης, θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ταῦτ' ἐστὶ τἄπη μωρίας πολλῆς πλέα,
εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται.

V. 723. τύχοι ex Γ recepi. Eadem forma in Mosq. B, et Lips. b. suprascripta est. Vulgo τύχῃ.

V. 734. Lobeckius cum Hermanno εἶρξαι scripsit, ἔργειν arcere, εἵργειν includere significare statuens. Nihilominus idem enim significat aus dem Innern des Zeltes heraus, hoc aus dem Zelte. Non dissimilia sunt, quae ad illustrandum hunc locum attulit Lobeckius, Herod. III, 165 ἐκ τῆς ταφῆς ἐκφέρειν ἔξω. II, 144 ἐξαγαγόντες ἐς τὸ μέγαρον ἔσω. et c. 156 ἔσω ἐς τὸ ἱρὸν ἐσελκύσαι. Aristoph. Plut. 238 κατώρυξεν αὐτὸν κατὰ τῆς γῆς κάτω. Aeschin. c. Ctes. p. 68 ἀπαγαγὼν ἡμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. — Deinde mirum est non intellexisse editores παρήκειν esse προσελθεῖν παρὰ αὐτόν, i. e. τὸν Τεῦκρον. Cfr. v. 72. Noluit enim Teucer Aiacem ad se venire, sed ipse, antequam Aiax ad se veniret, ad Aiacem venire maluit. Nam verba πρὶν — τύχοι idem significant atque ἀλλ' αὐτὸς πρὸς τὸν Αἴαντα παρελθεῖν βούλεται. Eadem ratio est Ant. 308 οὐχ

V. 718. Schol.: ἰοὺ ἰού· εἰδὼς ἀπὸ τοῦ μάντεως, ὅτι κακὸν αὐτῷ γίνεται, τοῦτο προαναφωνεῖ.

V. 719 sq. βραδεῖαν — βραδύς] Aut Teucri mittentis, aut sua euntis culpa serius quam par esset se venisse ait.

V. 721. τί δ' ἔστι etc.] Quoniam nuntius dixerat se vereri, ne sero advenisset, quaerit Chorus, quid eorum, quae agenda fuerint, praetermissum vel minus plene perfectum sit, τί ἐλλείπει τῶν δεόντων γενέσθαι. Τῆσδε dicit ad significandum τῶν ἅπερ φῄς δεῖν γενέσθαι. LOB.

V. 722 sq. τὸν ἄνδρ' — τύχοι] Nihil offensionis est in coniunctis verbis ἔνδοθεν στέγης ἔξω, quae quomodo differant a simpliciore locutione ἐκ τῆς στέγης, melius nostra quam latina lingua dici potest. Illud

ΧΟΡΟΣ.

ποῖον; τί δ' εἰδὼς τοῦδε πράγματος πέρι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τοσοῦτον οἶδα καὶ παρὼν ἐτύγχανον.
ἐκ γὰρ συνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου
Κάλχας μεταστὰς οἶος Ἀτρειδῶν δίχα
ἐς χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν φιλοφρόνως
θεὶς εἶπε κἀπέσκηψε παντοίᾳ τέχνῃ
εἶρξαι κατ' ἦμαρ τοὐμφανὲς τὸ νῦν τόδε
Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι, μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν,
εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰςιδεῖν θέλοι ποτέ.
ἐλᾷ γὰρ αὐτὸν τῇδε θἠμέρᾳ μόνῃ
δίας Ἀθάνας μῆνις, ὡς ἔφη λέγων.
τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόητα σώματα

v. 776 ed. meae εἴργειν retinuit.

V. 739. κἀνόητα ipse scripsi, suffragante Suida. Libri κἀνόνητα, quod et ab hoc loco et a v. 1244 ed. m. alienum est. Vide quae in fab. Ai. not. 1. exposui.

ὑμὶν Ἀιδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ' ὕβριν, ad quem locum vide Scholiastae adnotationem.

V. 725. θεοῖσιν — χόλου] Similiter dictum Eur. Med. 896 καὶ διαλλάχθηθ' ἅμα τῆς πρόσθεν ἔχθρας ἐς φίλους μητρὸς μέτα.

V. 727. Schol.: εἴπερ τι Κάλχας· εἰς παροιμίαν ὁ στίχος περιῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει.

V. 729. τοσοῦτον — ἐτύγχανον] Recte haec coniuncta esse, οἶδα et ἐτύγχανον, intelliges, ubi reputaveris, καὶ παρὼν ἐτύγχανον idem esse atque et ipse audivi.

V. 730. ἐκ γὰρ συνέδρου — κύκλου] Corona deliberans et regalis dicitur pro corona regum sive ducum deliberantium. De γὰρ particula ad Ant. 238 sq. diximus.

V. 731. οἶος — δίχα] Vide quae ad v. 456. adnotavimus.

V. 737. ἐλᾷ] De usu verbi ἐλαύνειν iam ad v. 267 sq. monuimus. Tum τῇδε θἠμέρᾳ dictum infra v. 759. 1362. et O. R. 1283.

V. 738. ὡς ἔφη λέγων] Triclinius: τὸ ἔφη καὶ τὸ λέγων ἐκ παραλλήλου τινὲς οἴονται· τὸ δ' οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ὥςπερ φαμὲν τοιαῦτα ἔφη δημηγορῶν, οὕτω καὶ τοῦτο, οὕτως· ἔφη καὶ οἱονεὶ ἀπεφήνατο, λέγων τὸν περὶ τοῦ Αἴαντος λόγον. Sic Phil. 55 τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων. Ant. 227. Alia plurima exempla ad hunc locum attulit Lobeckius. Non dissimile est quod poeta infra v. 1069 ed. m. dixit.

V. 739. Schol.: τὰ γὰρ περισσά· τὰ περιέλκοντα καὶ ἀχρεῖ-

πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις
ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅςτις ἀνθρώπου φύσιν
βλαστὼν, ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ.
κεῖνος δ' ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος
ἄνους καλῶς λέγοντος εὑρέθη πατρός.
ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει· τέκνον, δόρει
βούλου κρατεῖν μὲν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν.
ὁ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο·
πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ
κράτος κατακτήσαιτ'· ἐγὼ δὲ καὶ δίχα
κείνων πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος.

V. 745. δόρει ex mea coniectura scripsi. Vide ad O. C. 619 ed. meae. Secutus me est G. Dindorfius.

σιμα καὶ πέρα τοῦ μέτρου, τὰ χωρὶς δικαίου. Neuius adscripsit Herod. VII, 10 ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ, ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. De sensu vocabuli ἀνόητα vide quae in fabula Ai. not. 7. exposui.

V. 740. πρὸς θεῶν δυςπραξίαις] Omissam quis velit πρὸς praepositionem, sed vide quae ad Ant. 193. adnotavimus.

V. 741. ὅςτις] Referendum ad plurale nomen σώματα, ita tamen ut idem fere sit atque εἴ τις. Cfr. Matth. §. 481 not. 1.

V. 741 sq. ἀνθρώπου — βλαστὼν] Locutio φύσιν βλαστὼν idem significat atque φύσιν φὺς sive φύσιν ἔχων. Vide quae in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. attuli. De locutione autem ἀνθρώπου φύσιν ἔχων, pro qua vulgo dicitur ἄνθρωπος φύσιν γεγώς (vide ad 1231 ed. m.), confer Trach. 1062 γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. Rost. §. 104. annot. 13. Denique de particula ἔπειτα ad O. C. 259. diximus.

V. 743. εὐθὺς ἐξορμώμενος] De εὐθὺς cum participio coniuncto vide Matth. §. 565. not. 2. Rost. §. 130. not. 3.

V. 745. αὐτὸν ἐννέπει] Vulgo ἐννέπειν est dicere vel narrare vel exponere. Insolentius hic alloqui significat, quo significatu προςεννέπειν poni solet, ut huius fab. 857. et Trach. 402. Verum saepe Sophocles simplicia posuit pro compositis, iisque eundem casum adiunxit, quem vulgo composita tantum adsciscere solent. Sic pro ἐπιστρέφεσθαι v. 1117 στρέφεσθαι, pro ἀνακρίνειν saepe κρίνειν (vide ad Ant. 397 ed. m.), pro ἀνατέλλειν El. 699 τέλλειν, pro ἐμβάλλειν Phil. 67. Trach. 916. 940 βάλλειν, pro ἐκβάλλειν Phil. 1028 βάλλειν pro ἐμπίπτειν Trach. 597 πίπτειν, pro ἐμμένειν Ant. 169 μένειν posuit. — Ceterum ut hic Sophocles ἐννέπειν, ita Homerus aliquoties simplex εἰπεῖν alloquendi significatu

τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον. εἶτα δεύτερον
δίας Ἀθάνας, ἡνίκ' ὀτρύνουσά νιν
ηὐδᾶτ' ἐπ' ἐχθροῖς χεῖρα φοινίαν τρέπειν,
τότ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄῤῥητόν τ' ἔπος·
ἄνασσα, τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων πέλας
ἵστω, καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη.
τοιοῖςδε τοῖς λόγοισιν ἀστεργῆ θεᾶς
ἐκτήσατ' ὀργήν, οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν.
ἀλλ' εἴπερ ἔστι τῇδε θἠμέρᾳ, τάχ' ἂν
γενοίμεθ' αὐτοῦ ξὺν θεῷ σωτήριοι.
τοσαῦθ', ὁ μάντις εἶφ'· ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας

V. 757. Hermannus τοιοῖςδέ τοι scribendum putat.

usurpavit. Cfr. Il. μ, 60. 210. ν, 725. ρ, 237. υ, 375.

V. 745 sq. *τέκνον — κρατεῖν*] Adscripsit Lobeckius Hom. Il. IX, 254., ubi iisdem paene verbis Achillem in bellum proficiscentem pater prosequitur.

V. 747. Schol.: *παρατήρει κἀνθάδε τὴν προςθήκην τοῦ ποιητοῦ, ὅτι προςῆψε τῷ Αἴαντι γλωσσαργίαν, μονονουχὶ θεραπεύων τὸν θεατὴν μὴ ἄχθεσθαι τῇ συμφορᾷ τοῦ Αἴαντος· προςῳκειωμένοι γὰρ ἤδη τῇ ἀρετῇ αὐτοῦ, σχεδὸν καὶ τῷ ποιητῇ ὀργίζονται.* Cfr. fabulam Ai. not. 7.

V. 748. Schol.: *ὁμοῦ· τὸ ὁμοῦ ἀντὶ τῆς σύν· τὸ δὲ ἑξῆς, θεοῖς ὁμοῦ.*

V. 750. *ἐπισπάσειν*] Activum posuit pro medio. Vide quae ad v. 129. notata sunt.

V. 752 sqq. *δίας Ἀθάνας, ἡνίκ'* etc.] Assentior Hermanno et Lobeckio, *Ἀθάνας, ἡνίκ' — ηὐδᾶτο* positum esse statuentibus pro *Ἀθάνας — αὐδωμένης*, quamvis alterum exemplum eiusdem anacoluthi exstare non videatur.

V. 756. *καθ' ἡμᾶς — μάχη*] Adversus nos nunquam perrumpet pugna, i. e. in qua acie ego constitero, eam nunquam adversarii perrumpent. De hoc *κατά* praepositionis usu Lobeckius ad hunc locum egit.

V. 756. Schol.: *ἀστεργῆ· ἀμάλακτον, ἀδιάθετον.* Addit Lobeckius: ceterum haec *ὀργὴ θεᾶς* cernitur in eo, quod, quum Aiacis in duces Graecorum impetum multis modis avertere posset, eo usa est, qui plurimum probri et dedecoris afferret.

V. 761 sqq. *ὁ δ' — Τεῦκρος*] Sic Phil. 371. *ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς.* Cfr. Matth. §. 264. Rost. §. 98. 7.

V. 761. *ἐξ ἕδρας*] Ex eo ipso loco, in quo commorabatur nuntius, in viam se dare ad perferenda mandata iussus esse dicitur. Quo significatur sine ulla mora Teucrum mandata sua ad amicos Aiacis perferri voluisse. Similiter *ἐξ ἕδρας* statim post v. 769. positum est.

πέμπει με σοὶ φέροντα τάςδ' ἐπιστολὰς
Τεῦκρος φυλάσσειν. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα,
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ δαΐα Τέκμησσα, δύςμορον γένος,
ὅρα μολοῦσα τόνδ', ὁποῖ' ἔπη θροεῖ.
ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο, μὴ χαίρειν τινά.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

τί μ' αὖ τάλαιναν, ἀρτίως πεπαυμένην
κακῶν ἀτρύτων, ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;

ΧΟΡΟΣ.

τοῦδ' εἰςάκουε τἀνδρός, ὡς ἥκει φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγώ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἴμοι, τί φής, ὤνθρωπε; μῶν ὀλώλαμεν;

V. 780. Ex Bothii coniectura ἐλπίζειν φέρω scripsi. Libri

V. 762. Schol.: ἐπιστολάς· ἐντολάς. Sic O. C. 1601. Trach. 493.

V. 763. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα] Si non consecuti sumus, quod consequi voluimus, i. e. si serius venimus, quam ut mandata, quae ferimus, ut Ajax in tentorio hodie retineatur, observari queant. Cfr. eiusdem fere significationis verbum ἁμαρτάνειν, de quo ad El. 1188. dixi.

V. 765. Schol.: ὦ δαΐα Τέκμησσα· τίνος ἕνεκεν οὖν ἐποίησεν ἐξιοῦσαν τὴν Τέκμησσαν; ἵνα μετὰ τοῦ χοροῦ ἀκούσῃ τὰ περὶ τοῦ Αἴαντος· ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις δράμασιν, ἔν τε Ἠλέκτρᾳ καὶ Οἰδίποδι, ἅμα τῷ χορῷ τὰς τῶν γυναικῶν προόδους ποιεῖ, ἵνα μὴ δισσολογῶσιν οἱ ἄγγελοι. Ῥητέον οὖν, ὅτι ὁ Αἴας ἐκέλευσεν αὐτὴν κατ' οἶκον εὔξασθαι τοῖς θεοῖς, εἰπών, καὶ δῶμα πάκτου. οὐδὲ μὴν αἰχμαλώτου σχῆμα ἔχουσαν ἔδει συνεχῶς ἐξιέναι, μάλιστα ἐν τοιούτῳ καιρῷ ἠγρυπνηκυῖαν καὶ παρηκολουθηκυῖαν τῇ τοῦ Αἴαντος μανίᾳ· ἔδει οὖν μέγα τι φανῆναι τὸ ἐξάγον αὐτήν. διὸ πρὸς τὸν χορὸν ἐδέησε πρῶτον εἰπεῖν, οἳ ὡς ἐπὶ μεγάλῃ προφάσει ἐκκαλοῦνται αὐτήν· ἄλλως τε οἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ οἰκειότεροί εἰσιν, ὡς πολῖται τοῦ Αἴαντος, ὥςτε καὶ ὁ ἄγγελος καλῶς οὐκ ἐζήτησε μεῖζον πρόςωπον, ἀλλὰ τὸν Αἴαντα οὐ καταλαβὼν ἔνδον, πρὸς τὸν χορόν φησιν. εἰς ἀνάγκην δὲ γεγονὼς ὁ ποιητὴς τοῦ διλογῆσαι, οὐδαμοῦ προςκορὴς ἐγένετο, ἀλλὰ τὰ δεύτερα διὰ βραχέων ἐξήνεγκεν. Ceterum Hermannus ad hunc locum: δαΐα misera, inquit. Hoc significatu haec vox etiam in iambis Doricam formam habet, sed ubi hostem notat, communi forma δήϊος dicitur. In melicis dorica forma utrique significationi inservit.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ' ὅτι,
θυραῖος εἴπερ ἐστίν, οὐ θαρσῶ πέρι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

καὶ μὴν θυραῖος, ὥςτε μ' ὠδίνειν τί φῄς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται
σκηνῆς ὕπαυλον, μηδ' ἀφιέναι μόνον.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ποῦ δ' ἔστι Τεῦκρος; κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι· τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζειν φέρει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἴμοι τάλαινα, τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθών;

ἐλπίζει φέρειν.

V. 767. Schol.: ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ· ἅπτεται τῶν ἀναγκαίων τοῦ χρωτός· καὶ ἔστι παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων, ξυρεῖ ἐν χρῷ· ἐνίοτε γὰρ καὶ τοῦ σώματος ἐφάπτεται ὁ σίδηρος. Ἄλλως. μέχρι βάθους ἐφικνεῖται, ὥςτε μὴ χαίρειν. τοῦτο· τοῦτο τὸ πρᾶγμα.

V. 770. φέρων] nuntians. Sic Ant. 1172. O. C. 420.

V. 771. Schol.: ἤλγησα· ἀλγεινῶς ἤκουσα. De accusativo egerunt Matth. §. 414. 12. Rost. §. 104. not. 3.

V. 773. Schol.: πρᾶξιν· τὴν τύχην, εἴτ' οὖν εὐπραγίαν, εἴτ' οὖν δυςπραγίαν. De hoc usu voc. πρᾶξις ad Trach. 148 sq. monuimus. Ceterum confer El. 1110 οὐκ οἶδα τὴν σὴν κληδόν'.

V. 775. Schol.: ὥςτε μ' ὠδίνειν· ἐμφατικῶς τὸ ὠδίνειν· οἰκεῖον γὰρ γυναικί· χαλεπώτατον δὲ τῶν γυναικείων πόνων ἡ ὠδίς. Adscripsit Neuius Trach. 42. 325. Eurip. Iph. A. 1221 μητρός, ἣ πρὶν ὠδίνουσ' ἐμὲ νῦν δευτέραν ὠδῖνα τήνδε λαμβάνει. Deinde vix opus est ut moneatur, τί φῄς non esse quod dicis, sed ὠδίνω, τί φῄς, significare: horreo, quid sit illud quod dicis.

V. 777. Schol.: ὕπαυλον· ἐνδόμυχον, ὑπὸ τὴν αὐλὴν τῆς σκηνῆς. Cfr. 313 ed. meae.

V. 778. Schol.: κἀπὶ τῷ· ἐπὶ τίνι, διὰ τί.

V. 779 sq. τήνδε — φέρει] Respondet his verbis nuntius ad ea, quae Tecmessa ex eo quaesivit, ἐπὶ τῷ λέγει τάδε; ita ut sensus hic fere esse debeat: hic vero Aiacis egressus ne exitialis sit metuere se nuntiat. De usu verbi ἐλπίζειν ad Trach. 293 sq. diximus.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν ὃς αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἲ 'γώ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης,
καὶ σπεύσαθ' οἱ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν,
οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους
ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν.
ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη
καὶ τῆς παλαιᾶς χάριτος ἐκβεβλημένη.

V. 783. ὃς αὐτῷ ex mea coniectura, in quam eandem incidit Fr. Iacobsius, scripsi. Libri ὅτ' αὐτῷ, quod quid sit non intelligo.

V. 782. τοῦ — μάντεως] Hom. Il. α, 69 Κάλχας Θεστορίδης, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος.

V. 782 sq. καθ' ἡμέραν — φέρει] Hoc dicit: qui hodie aut mortem ei aut vitam nuntiat. De postposito pronomine relativo ad Ant. 135. monitum est.

V. 784. Schol.: πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης· ἐπίκουροι γίγνεσθε τῆς κατεπειγούσης δυςτυχίας. Insolens locutio, cuius simile exemplum non novi, προστῆναί τινος, significans arcere aliquam rem, sive niti contra aliquam rem. De verbis ἀναγκαίας τύχης ad v. 477. diximus.

V. 785. καὶ σπεύσαθ' οἱ μὲν Τεῦκρον — μολεῖν] Pro verbo neutro μολεῖν, quod aptum ex verbo σπεύσατε est (cfr. v. 812. 1165.), exspectaverit quis verbum transitivum, arcessendi significatum habens. At simillime dictum Oed. C. 246 ἄντομαι — τὸν ἄθλιον αἰδοῦς κῦρσαι pro ἄντομαι τῷ ἀθλίῳ μεταδιδόναι αἰδοῦς. Sic huius fab. 822 εὐνούστατον ἐμοὶ — θανεῖν idem est atque εὐν. ἐμοὶ κτανεῖν με. Non dissimile est, quod v. 106. positum: θανεῖν οὔτι πω θέλω, pro quo potuit dici κτανεῖν οὔτι πω θέλω.

V. 786 sq. οἱ δ' ἑσπέρους etc.] De sententia confert Neuius Eur. Or. 1250 sqq. χωρεῖτ', ἐπειγώμεσθ'· ἐγὼ μὲν οὖν τρίβον τόνδ' ἐκφυλάξω τὸν πρὸς ἡλίου βολάς. — καὶ μὴν ἐγὼ τόνδ', ὃς πρὸς ἑσπέραν φέρει. De verbo ἰέναι cum accusativo iuncto vide ad Philoct. 144 sq.

V. 788. φωτὸς ἠπατημένη] Genitivus ex participio aptus est; vide ad Phil. 3. et ad O. C. 1316 ed. meae.

V. 792. οὐχ ἕδρας ἀκμή] Brunckius adscripsit Eur. Or. 1292 οὐχ ἕδρας ἀγών. Vide ad Phil. 12.

V. 794 sq. χωρεῖν — ἕψεται] His dictis Chorus cum Tecmessa de scena discedit. Idem, Lobeckius inquit, in Aeschyli Eumenidibus, et in Euripidis Alcestide et Helena digreditur vel scenae mutandae causa vel ob aliam rem; idque a vetere consuetudine minime abhorrere declarat periactarum usus, et quod Graecus interpres ad versum proximum ait

οἴμοι, τί δράσω, τέκνον· οὐχ ἱδρυτέον.
ἀλλ' εἶμι κἀγὼ κεῖσ', ὅποιπερ ἂν σθένω.
χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν· οὐχ ἕδρας ἀκμὴ
σώζειν θέλοντος ἀνέρ', ὃς σπεύδῃ θανεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

χωρεῖν ἕτοιμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον·
τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται.

ΑΙΑΣ.

Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν, ᾗ τομώτατος

V. 792 sq. Hermannus maiore post ἐγκονῶμεν posita interpunctione θέλοντας scripsit, accusativum hunc aptum esse statuens e verbis οὐχ ἕδρας ἀκμή, quibus hoc significari ait: οὐχ ἱδρυτέον

rarum fuisse παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Hi plerumque quidem ἐξαγγέλων ministerio usi sunt auctore Aeschylo, qui τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι. Philostr. V. Ap. VI. 11, 244.

V. 796. Schol.: ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν· μετάκειται ἡ σκηνὴ ἐπὶ ἐρήμου τινὸς χωρίου, ἔνθα ὁ Αἴας, εὐτρεπίσας τὸ ξίφος ῥῆσίν τινα πρὸ τοῦ θανάτου προφέρεται, ἐπεὶ γελοῖον ἦν κωφὸν εἰσελθόντα περιπεσεῖν τῷ ξίφει. Ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια· εἰώθασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. Τί οὖν τὸ αἴτιον· Φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγείλας. ἴσως οὖν καινοτομεῖν βουλόμενος καὶ μὴ κατακολουθεῖν τοῖς ἑτέρου τινὸς ὑπ' ὄψιν ἔθηκε τὸ δρώμενον, ἢ μᾶλλον ἐκπλῆξαι βουλόμενος· εἰκῆ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον. — πήξας δὲ τὸ ξίφος ταῦτά φησιν. Bene Lobeckius addit Sophoclem ita scenam instrui iussisse, ut spectatores Aiacem viderent quidem gladio incumbentem, sed e longinquo et quasi per transennam, quippe silvulae contectum margine. Eoque factum esse, ut hemichoria per εἰσόδους rursus ingressa mortuum non adspicerent, Tecmessa autem, quae ex interiore scena procedens in spectaculum tristissimum incidisset, eum ut in propinquo situm Choro demonstraret v. 888 Αἴας ὅδ' ἡμῖν κεῖται etc. Appellari vero v. 893. νάπος locum, unde conspecta caede Tecmessa progrediatur, ut Cicero ad Herenn. l. II. Aiax, inquit, in silva postquam rescivit, quae per insaniam fecisset, gladio occubuit.

Ibidem. ὁ μὲν σφαγεύς] Pollux. VI, 192 σφαγεὺς παρὰ Σοφοκλεῖ καὶ τὸ ξίφος. Similiter dixit Euripides Andr. 1133. Ceterum non potui, quin adscriberem verba Lobeckii, de gladio illo haec adnotantis: Quo facilius fallerentur spectatorum oculi, Sophocles, ut videtur, dolonis scenici fraudem adiunxit, quo histriones πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγάς uti tradit Achilles Tatius III. 20, 77. repertum in choragio histrionico gladium describens, οὗ ὁ σιδη-

γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή,
δῶρον μὲν ἀνδρός, Ἕκτορος, ξένων ἐμοὶ
μάλιστα μισηθέντος ἐχθίστου θ' ὁρᾶν·
πέπηγε δ' ἐν γῇ πολεμίᾳ τῇ Τρῳάδι,
σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής·
ἔπηξα δ' αὐτὸν εὖ περιστείλας ἐγὼ
εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν.

ἐστί, sic ut oratio in locum communem desinat: non est desidiae tempus, si quis servare vult virum mortis appetentem. Eum sequendum putavi, nisi quod pro θέλοντας, pro quo ceteri codices θέλοντες, ex Dresd. b. θέλοντος scripsi. Cum

ρος εἰς τὴν κώπην ἀνατρέχει. Atque hoc mortis mimicae, quae dicitur Petron. c. 94., instrumento histriones, qui Aiacem agerent, esse usos apparet ex Hesychio, qui Συσπαστὸν, inquit, τῶν Τραγικῶν τι ἐγχειρίδιον ἐκαλεῖτο, ὡς Πολέμων φησί, τὸ συντρέχον ἐν Αἴαντος ὑποκρίσει. eiusque duo alia nomina addit, unum Ἀνδρομητὸν συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Τραγικοῖς, id est quod Achilles dicit ἀνατρέχον, alterum minus expeditum, Ἄηκτον συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Ταρεντίνοις. Ad Polemonis testimonium gravissimum accedit quod Scholiastes ad v. 864. narrat, Timotheum histrionem σφαγέα cognominatum esse, quod Aiacem agens speciem occidentis pulcherrime assimulasset.

V. 797. εἴ τῳ — σχολή] Si cui, i. e. mihi morituro, etiam considerandi tempus est. Scholiastes: πρέπον γὰρ ἂν εἴη τῷ ἀπηυδηκότι ἀλογίστως ἰέναι ἐπὶ τὸ προκείμενον· ἕπεται δὲ τῷ λόγῳ, ὅτι τοῖς καρτερικοῖς καὶ ἅπαξ κρίνασι περί τινος, οὐ γίνεται ἀναβολὴ οὐδὲ μετάνοια.

V. 798 — 803. δῶρον — θανεῖν] Aiax ut speret in gladium se irruentem continuo mortem inventurum esse, tribus potissimum adduci se argumentis ait, primum quod a viro infestissimo dono sibi datus, deinde quod in terra hostili defixus, denique quod a se firmiter in solo defixus sit. Simul illud apparet, studiose poetam id egisse, ut singula membra, quibus continerentur argumenta illa, ambitu et magnitudine paria essent. Hinc et secundo membro (v. 800 sq.), ne uno id constaret versu, id addidit, quod cuivis potuit addi, recens acutum esse gladium, et tertio (v. 802 sq.) adiecit, quod ad omnia spectaret, εὐνούστατον — θανεῖν.

V. 798 sq. ἀνδρὸς — μισηθέντος] Non intellexerunt nexum totius loci qui nomen ἀνδρός inutiliter additum putarunt, quod quum maxime necessarium esse ex iis patet, quae in nota antecedente exposui. Nomen enim proprium Ἕκτορος tantum explicandi nominis appellativi causa, ἀνδρός dico, adiectum est ideoque a me interpunctione a ceteris verbis seiunctum. — De dono illo vide ad v. 1002 ed. meae. Ceterum constat iam Homerum ubique Aiacem infestissimum Hectori inducere. Cfr. Il. ν, 809. ρ, 128.

οὕτω μὲν εὐσκευοῦμεν· ἐκ δὲ τῶνδέ μοι
σὺ πρῶτος, ὦ Ζεῦ, καὶ γὰρ εἰκός, ἄρκεσον.
αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν.
πέμψον τίν' ἡμὶν ἄγγελον κακὴν φάτιν
Τεύκρῳ φέροντα, πρῶτος ὥς με βαστάσῃ
πεπτῶτα τῷδε περὶ νεοῤῥάντῳ ξίφει,
καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς πάρος

eodem σπεύδῃ restitui ex La, Δ, et Aug. e., in quibus adeo ἂν particula ante σπεύδῃ addita reperitur. Vulgo σπεύδει. Cum Dindorfio ἀνέρ' ὅς scripsi. Libri ἄνδρα γ' ὅς. At inepta γὲ particula est.

V. 802. Schol.: περιστείλας· εὐτρεπίσας, διαχειρισάμενος, περισφίγξας ἐν τῇ γῇ. Extremam interpretationem verisimillimam puto, ita ut εὖ περιστέλλειν τὸ ξίφος significet: ita terrae infigere et abdere gladium, ut firmissime inhaereat.

V. 803. εὐνούστατον — θανεῖν] Paulo ante iam monui spectare haec verba ad illa omnia, quae v. 798 — 802. dicta sunt, ita ut, quod per se quisque intelligit, εὐνούστατον ad gladium sive τὸν σφαγέα referendum sit. Neque in eo haerendum est, quod Aiax gladium illum, a viro infestissimo sibi dono datum, et in terra hostili defixum, εὐνούστατον ἑαυτῷ dixit. Quo enim infensior in Aiacem erat percussor, quo nomine gladius appellatur, eo paratior debebat esse caedem illi inferre; quo paratior autem ad caedem inferendam erat, eo benevolentiorem sibi esse iure dicit is, qui id unum agebat, ut interficeretur. — De infinitivo θανεῖν ex εὐνούστατον apto vide ad v. 785. Scholiastes: τῷδ' ἀνδρί· ἐμοί. — λείπει τὸ ὥςτε· ὥςτε διὰ τάχους θανεῖν.

V. 804. Schol.: εὐσκευοῦμεν· καλῶς παρεσκευάομεθα, καὶ ἔχομεν πάντα ὧν δεῖ πρὸς θάνατον. — ἐκ δὲ τῶνδε· αἶον τὸ δὲ μετὰ ταῦτα. Cfr. v. 529.

V. 805 — 825. σὺ πρῶτος — πανδήμου στρατοῦ] Aptissime poeta Aiacem hic facit Iovem, Mercurium, et Furias invocare; Iovem, quem generis auctorem habebat, ut prohibeat, ne mortuus summa afficiatur infamia, sepulturae carens honore, Mercurium, ut placido itinere ad inferos se deducere velit, denique Furias, ut, quorum contumelia misere pereat, ab iis post mortem suam poenas gravissimas exigant. Neque enim cuius inultus interitus erat placida frui quiete apud inferos potuit.

V. 805. καὶ γὰρ εἰκός] Quod auctor generis eius fuit. Cfr. fabulam Ai. not. 1.

V. 808. βαστάσῃ] Neque hic, neque v. 920. βαστάζειν significat tollere, sed attrectare tollendi causa, i. e. hoc loco sepelire. Vide ad El. 1445 ed. meae.

V. 809. πεπτῶτα — ξίφει] Ruiturus Aiax in gladium erat terrae infixum, ita ut fieri non posset, quin gladium undique amplecteretur sive circa gladium circumvolveretur. Itaque aptissime dictum πεπτῶτα περὶ

ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.
τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προςτρέπω. καλῶ δ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι,
ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι
πλευρὰν διαῤῥήξαντα τῷδε φασγάνῳ.
καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους,
ἀεὶ δ' ὁρώσας πάντα τὰν βροτοῖς πάθη,
σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας, μαθεῖν ἐμέ,

V. 812. Non debebat Hermannus ex paucis nec bonis codd. καλῶ θ' ἅμα rescribere.

V. 817. ἀεὶ δ' cum Hermanno ex plurimis optimisque codd. restitui. Brunckius cum Triclinio ἀεί θ' scripsit.

V. 819. Post hunc versum in codd. omnibus additi reperiuntur quattuor hi versus:

ξίφει, et v. 899 κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής. Neque aliter ante Sophoclem dixerat Pindarus Nem. VIII, 39 κεῖνος (invidia) καὶ Τελαμῶνος δάψεν υἱὸν φασγάνῳ ἀμφικυλίσαις. et eadem in re Isthm. III, 58 ἀλκὰν — ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ.

V. 812. Schol.: προςτρέπω· κατευκτικῶς λέγω· προςτρόπαιοι γὰρ οἱ ἱκέται. Vide ad O. R. 41. Accusativus personae positus est, quod προςτρέπω idem atque ἱκετεύω significat, de accusativo pronominis τοσαῦτα ad O. R. 259 sq. diximus.

V. 813. Schol.: πομπαῖον· τὸν ψυχοπομπόν. Eurip. Med. 759 ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ πελάσειε δόμοις. Diogen. L. VIII, 31 τὸν Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπαῖον λέγεσθαι καὶ ἐμπολαῖον καὶ χθόνιον. De epitheto Mercurii χθόνιος vide interpp. ad Aesch. Choeph. 1.

V. 814. Schol.: ξὺν ἀσφαδάστῳ· ἀσκαρίστῳ καὶ σπασμὸν μὴ ἔχοντι, ἀντὶ τοῦ συντόμῳ· ὅπως καιρίας τῆς πληγῆς γινομένης, μὴ προςγενέσθαι σπασμόν, μηδὲ πολλὴν ἐν τῷ θανάτῳ διατριβήν. καὶ παρ' Εὐριπίδῃ· ὁ δ' ἐσφάδαζεν οὐκ ἔχων ἀπαλλαγάς. Σφαδάζειν δὲ ἔλεγον τὸ σπᾶσθαι καὶ σφακελίζειν. Cetera quae addit Scholiastes de Aiace vulnerari non posse vulgo credito, attulimus in fab. Aiacis not. 4. De sententia Brunckius adscripsit Aesch. Ag. 1292 ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν, ὡς ἀσφάδαστος, αἱμάτων εὐθνησίμων ἀποῤῥυέντων, ὄμμα συμβάλω τόδε. Lobeckius Valer. Max. II, 6, 8. Tum defusis Mercurio libamentis et invocato numine eius, ut se placido itinere in meliorem sedis infernae deduceret partem, cupido haustu mortiferam traxit potionem.

V. 816. Schol.: τὰς ἀεί τε παρθένους· μυθικόν ἐστι τὸ λέγειν τὰς Ἐρινύας ἀεὶ παρθένους· νῦν δὲ τὰς ἀδωροδοκήτους καὶ οὐχὶ χρανθῆναι δώροις δυναμένας ὑπὸ τῶν ἀδικούντων. Cfr. Aesch. Eum. 69. Hinc ibidem v. 1031. ἄπαιδες vocantur.

πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι τάλας.
ἴτ', ὦ ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐρινύες,
γεύεσθε, μὴ φείδεσθε, πανδήμου στρατοῦ.
σὺ δ', ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν,
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν
ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ' ἐμὸν
γέροντι πατρὶ τῇ τε δυστήνῳ τροφῷ.

καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
ξυναρπάσειαν, ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Quos ego primus eieci. Vide quae in censura ed. Lobeck. sec. ad confirmandam sententiam meam attuli.

V. 817. ἀεὶ δ' ὁρώσας — πάθη] De δὲ particula, quae opposita τὲ particulae est, ad Trach. 140. diximus. Cfr. Rost. §. 134. annot. 1. II. De sententia confer O. C. 42 τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας.

V. 818. σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας] Sollemne Furiarum epitheton est σεμναί, tributum iis ab Atheniensibus; cfr. Pausan. II, 11, 4, Harpocr. Lex. v. σεμναί, et Meursii Lect. Att. IV, 1. eoque nomine templum iis dedicasse Athenis Epimenides dicitur; vide Diog. Laert. I, 112. Eaedem appellantur τανύποδες, magnis passibus incedentes, quia cito homines scelestos persequuntur. Hinc statim post ταχεῖαι dicuntur. Scholiastes: τὰς ἀκοπιάστως ἐπιούσας. Eodem modo explicatur, quod tributum Furiae epitheton est El. 491. χαλκόπους a Scholiasta: ἡ στερεὰ καὶ ἀκοπίαστος ἐν τῷ ἐπιέναι κατὰ τῶν φονέων. — Denique infinitivum μαθεῖν notandum est aptum esse ex verbo καλῶ, post quod eodem iure infinitivus poni potuit, quo saepe post verba veniendi solet poni.

V. 824 sq. ἴτ', ὦ ταχεῖαι etc.] Nihil offensionis in eo est, quod iam alloquitur ipsas Furias, praegressis verbis καλῶ — σεμνὰς Ἐρινῦς. Nam καλῶ τὰς Ἐρινῦς eodem sensu Graeci dicere solent, quo nos dicimus: euch rufe ich, Erinyen. Vide quae ad v. 73. adnotavimus.

V. 825. Schol.: τὸ ἑξῆς· γεύεσθε τοῦ πανδήμου στρατοῦ, μὴ φείδεσθε. Cfr. v. 68 sq. cum adnotatione nostra.

V. 826 sqq. σὺ δ', ὦ τὸν αἰπὺν etc.] Sol quod nuntii partes iubetur suscipere, de eo vide quae ad Trach. 96. adnotavimus.

V. 828. χρυσόνωτον ἡνίαν] De habenis auro superne ornatis multis ad hunc locum egit Lobeckius.

V. 830. Schol.: τῇ τε δυστήνῳ τροφῷ· καὶ ταῦτα περιπαθῆ καὶ ἀνθρώπινα· ὅρα γάρ, ὅτι καὶ ὁ Ἡρακλῆς (Trach. 1148.) ἐπὶ τοῦ θανάτου τὴν μητέρα μεταπέμπεται, ὅπου καὶ πάνυ οἰκτρῶς αὐτὴν ἀνακαλεῖ.

ἤ που τάλαινα, τήνδ' ὅταν κλύῃ φάτιν,
ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει.
ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην,
ἀλλ' ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τινί.
ὦ θάνατε, θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών·
καίτοι σὲ μὲν κἀκεῖ προςαυδήσω ξυνών.
σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας,
καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προςεννέπω,
πανύστατον δή, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.
ὦ φέγγος, ὦ γῆς ἱρὸν οἰκείας πέδον
Σαλαμῖνος, ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον,

V. 840. ἱρὸν cum Dindorfio scripsi. Libri ἱερόν.

V. 847 — 859. Distinxit haec Hermannus in proodum, in duo stropharum paria, et in epodum, distribuitque inter quinque prioris et duas alterius semichorii personas. (Vss. 847 — 850. A. α'. 851. 852. A. β'. 853. A. γ'. 854. A. δ'. 855. B. α'. 856.

καλεῖ δὲ τὴν τάλαιναν. ὡς ἀντιλαμβανόμενος δὲ ἑαυτοῦ ἐπάγει· ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην.

V. 833. οὐδὲν ἔργον] Nihil opus est. Vide quae ad v. 11. adnotata sunt.

V. 834. σὺν τάχει τινί] Dictum de hac locutione ad O. R. 80. est. Non dissimile est quod dicitur τάχα τι, pro quo audacius etiam Sophocles O. C. 500. ἐν τάχει τι posuit.

V. 835. ὦ θάνατε] Cfr. Philoct. 797 ὦ θάνατε, θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος οὕτω κατ' ἦμαρ οὐ δύνᾳ μολεῖν ποτε;

V. 838. καὶ τὸν — προςεννέπω] i. e. καὶ σέ, ὦ Ἥλιε, προςεννέπω. Sic 843 sq. τὰ Τρ. πεδία προςαυδῶ. Similiter nominativus v. 843 τὸ σύντροφον γένος vocativis adiunctus est. Vide ad v. 73.

V. 841. πατρῷον — βάθρον] Vide quae ad v. 135. adnotavimus. Non male Scholiastes βάθρον explicat ἡ βάσις τῆς ἑστίας.

V. 842. κλειναί τ' Ἀθῆναι] Wesselingius, poeta, inquit, patriae suae laudibus et commodis studet, persuaderque conatur, Salaminem Troici belli tempore iuris fuisse Attici, super qua re Solonis aetate haud levis agitata fuit controversia. Vide Diogen. Laert. in vita Solonis et Plutarchum. Scholiastes: τῶν Ἀθηναίων μέμνηται διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ ὅτι ἐν Ἀθήναις ὁ ποιητὴς ἠγωνίζετο, ἐπισπώμενος αὐτοὺς εἰς εὔνοιαν. Vide ad v. 200.

V. 843. Schol.: κρῆναί τε — Τρωϊκά· ἐν ἀρχῇ ἔφη, πολεμίᾳ τῇ Τρῳάδι. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει καὶ τὰς κρήνας καὶ τοὺς ποταμοὺς καλεῖ, παρ' οἷς μέλλει τελευτᾶν. καὶ ἔστιν εὐσεβοῦς ἀνδρὸς ἐξευμενίζειν πρὸ τοῦ θανάτου θεούς, τόπους, χώραν, πατρίδα, ἀδελφούς, ὥςτε μετ' εὐμενείας ἀποθανεῖν. ἴσως δὲ καὶ ἐπιμαρτυρόμενος λέγει. Valedicit Aiax moriturus campo, fluviis, fontibus Troadis, terrae hostilis eodem animo, quo Philoctetes, Lemno discessurus, quanquam miserrimam ibi vi-

κλειναί τ' Ἀθῆναι, καὶ τὸ σύντροφον γένος,
κρῆναί τε, ποταμοί θ' οἵδε, καὶ τὰ Τρωϊκὰ
πεδία προσαυδῶ, χαίρετ', ὦ τροφῆς ἐμοί·
τοῦθ' ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ,
τὰ δ' ἄλλ' ἐν Ἅιδου τοῖς κάτω μυθήσομαι.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α.

πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
πᾷ, πᾷ,
πᾷ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;
κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος.

A. δ'. 851. B. β'. 858. 859. A. ε'.) Neuius conferri iubet Herm. de choro Eum. p. 9 sqq., Boeckh. de Trag. Gr. c. 7., Herm. praef. Herc. fur. p. 14 sqq., praef. Suppl. p. 15 sqq., ad Alcest. 77. 215. 883., ad Ion. 187., ad Soph. O. C. 117. 553. 835.

iam degerat, tamen insulae illius fontibus et rupibus valedicit. Cfr. eius fab. 1452 sqq.

V. 845 sq. Schol.: τοῦθ' ὑμὶν Αἴας· περιπαθῶς καὶ τὸ ὄνομα ἀνακαλεῖται. δεῖ δὲ ὑπονοῆσαι, ὅτι περιπίπτει τῷ ξίφει, καὶ δεῖ καρτερόν τινα εἶναι τὸν ὑποκριτήν, ὡς ἄξαι τοὺς θεατὰς εἰς τὴν τοῦ Αἴαντος φαντασίαν, ὁποῖα περὶ τοῦ Ζακυνθίου Τιμοθέου φασίν, ὅτι ἦγε τοὺς θεατὰς καὶ ἐψυχαγώγει τῇ ὑποκρίσει, ὡς σφαγέα αὐτὸν κληθῆναι. Vide quae ad v. 796. adnotavimus: Ceterum in nummo, quem Patinus exhibet in Famm. Rom. p. 304., Aiax gladio in terra defixo incumbit eodem modo, quo Sophocles eum occubuisse narrat.

V. 847 sqq. Revertitur Chorus, qui Aiacem investigaturus abierat, in duas partes divisus, quarum altera occidentem, altera orientem versus discesserat. Accedit prior, quae orientem versus profecta fuit, subsequitur altera v. 853. Scholiastes: οἱ ἀπὸ τοῦ Χοροῦ προϊᾶσιν, ὥσπερ ἐκ διαφόρων τόπων κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην εἴσοδον, ζητοῦντες τὸν Αἴαντα, καὶ ἡ Τέκμησσα ἐξ ἄλλων, ἥτις καὶ πρώτη ἐπιτυγχάνει τῷ πτώματι.

V. 847. πόνος — φέρει] De dativo πόνῳ, quem Scholiastes ex omissa πρός praepositione aptum putat, vide Matth. §. 403. a. not. De eiusdem vocabuli iteratione contulit Lobeckius Aesch. Pers. 1035 δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς, crebrum eum usum in pronominalibus potissimum esse monens, cuius exempla complura adscripsit.

V. 850. κοὐδεὶς — τόπος] Fateor me ignorare, quomodo haec explicanda sint. Nam contra Elmsleium, qui συμμαθεῖν με idem esse monuit atque ὥστε συμμαθεῖν με recte mihi videtur Lobeckius disputasse, quanquam non multum ab illo discessit Hermannus, hoc dicere poetam ratus: οὐδεὶς τόπος ἐπιστάμενος ποιεῖ με συμμαθεῖν. Neque vero Lobeckio assentiar, συμμαθεῖν significare hic διδάξαι statuentis

ἰδού,
δοῦπον αὖ κλύω τινά. —

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β.

ἡμῶν γε ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α.

τί οὖν δή;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β.

πᾶν ἐστίβηται πλευρὸν ἕσπερον νεῶν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α.

ἔχεις οὖν;

V. 851. Libri ἰδοὺ ἰδού, quorum alterum cum Hermanno delevi.

V. 858. ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ ex optimis codd. restitui. Vulgo ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δή.

Scholiastes: οὐδεὶς οἶδέ με τόπος συμμαθεῖν, οἷον μεμαθηκότα τὸ γεγονὸς οὐδείς με οἶδε τόπος, ἀλλὰ μάτην περιῆλθον. ἢ συμμαθεῖν ἀντὶ τοῦ διδάξαι, εἰς μάθησιν ἀγαγεῖν τοῦ ζητουμένου. Fr. Iacobsio sensus loci hic videtur esse: neque ullus locus eorum, quos lustravi, scit me aliquid in eo didicisse; quo significari hoc ait: nusquam quicquam didici quod ad rem esset, vel omnes quos perlustravi loci sciunt me nihil ibi didicisse. — At ut cetera mittam, qui potuit isto sensu compositum συμμαθεῖν usurpari?

V. 851. ἰδού] Saepe Graeci hac voce utuntur, quando sonitum vel strepitum animum adverti volunt. Vide ad O. C. 1466 ed. m. et ad Phil. 187.

V. 852. Schol.: δοῦπον· ἐλπίζοντες τῷ Αἴαντι περιπεσεῖν.

V. 853. ἡμῶν γε — ὁμιλίαν] i. e. nos, communis navigationis socios. Accusativus aptus est ex verbo praecedente κλύω. De duplici genitivo vide ad v. 54., de locutione κοινόπλουν ὁμιλίαν ad El. 1083 ed. meae.

V. 858. ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ] Rectissime hae particulae positae hoc loco sunt. Eadem ratio est El. 913 ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὐδ' ὁ νοῦς φιλεῖ τοιαῦτα πράσσειν, οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν. Trach. 1128 ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς. Addo El. 103 ἀλλ' οὐ μὲν δὴ λήξω θρήνων. Significat autem οὐ μὲν δὴ profecto non, οὐδὲ μὲν δὴ profecto ne — quidem, pro quo nos vulgo dicimus, gewiss auch nicht. De οὐ μὲν δὴ adscribo, ne longus sim, unum locum Xen. Cyr. I, 6, 9 τί δέ, ἔφη, οἶσθα, ὁπόσα αὐτῷ ἐστι; Μὰ τὸν Δία, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐ μὲν δή. Rectius autem μὲν δὴ particulae una voce scriberentur, ut μέντοι. Neque enim μέν particulam, si cum δή particula coniungatur, vulgarem significatum habere, vel ex eo apparet, quod

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Β.

πόνου γε πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ Α.

ἀλλ᾽ οὐδὲ μὲν δὴ τὴν ἀφ᾽ ἡλίου βολῶν
κέλευθον ἀνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς.

(στροφή).

ΧΟΡΟΣ.

τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν φιλοπόνων
ἁλιαδᾶν ἔχων ἀΰπνους ἄγρας,
ἢ τίς Ὀλυμπιάδων θεᾶν ἢ ῥυτῶν
Βοσπορίων ποταμῶν τὸν ὠμόθυμον

V. 860. τίς ἂν δῆτά μοι ex lemmate scholii restitui, quum iam Hermannus ita scribendum esse monuisset. Libri τίς ἂν δή μοι.
V. 862. θεᾶν ex optimis codd. rescripsi. Vulgo θεῶν.
V. 863. Post ποταμῶν vulgo additur ἴδρις, omissum in Mosq. a. b., quorum auctoritate cum Erfurdtio delevi.

καὶ μὲν δή dicitur, contra sola μέν particula nunquam ab Atticis scriptoribus post καί copulam ponitur.

V. 858 sq. τὴν ἀφ᾽ ἡλίου — φανείς] Accusativus τὴν κέλευθον aptus est ex verbo φανείς. Sic El. 1273 φιλτάταν ὁδὸν φανῆναι. Deinde pro δηλοῖ φανείς, de quo satis est contulisse v. 472 δηλώσω — γεγώς, brevius poterat dici ἐφάνη. Denique de locutione ἡ ἀφ᾽ ἡλίου βολῶν κέλευθος apte Lobeckius adscripsit inter alia Eur. Or. 1263 τρίβος τὴν πρὸς ἥλιον βολάς. et Herod. VII, 70 οἱ ἀφ᾽ ἡλίου Αἰθίοπες.

V. 860 sqq. Schol.: τίς ἂν δῆτά μοι· ὅλος ὁ Χορὸς εἰς ἓν συνελθὼν ταῦτά φησιν.

V. 860 sqq. Schol.: τίς ἂν φιλοπόνων ἁλιαδᾶν· τίς τῶν ἁλιέων ἀεὶ ἀγρυπνεῖν εἰθισμένων διὰ τὴν ἄγραν, ἢ τίς θεὰ Ὀλυμπιὰς ἢ ποταμῶν ἴδρις, τουτέστι Ναΐς, ἀπαγγεῖλαι, εἴ που λεύσσει τὸν ὠμόθυμον. De formatione et significatu istiusmodi nominum, quale est ἁλιάδης, docte exposuit ad hunc locum Lobeckius, apte comparans inter alia κοιρανίδης Ant. 940. et θεοὶ οὐρανίδαι Eur. Phoen. 837. — De locutione ἄγρας ἔχειν ad v. 557. diximus.

V. 862. τίς Ὀλυμπ. θεᾶν] Recte Lobeckius, Oreades, inquit, Dryadesque montis Olympi invocantur, quem Tragicos ἀγεωγραφήτους cum Ida confundere rebusque Troianis immiscere Strabo conqueritur L. X. 186. T. IV. — Vide ad v. 701 sq.

Ibid. Schol.: ῥυτῶν· τῶν ῥεόντων, παρὰ τὴν ῥύσιν.

V. 863. Schol.: Βοσπορίων· τῶν εἰς τὸν Βόσπορον ῥεόντων Τρωϊκῶν ποταμῶν· δύο δέ εἰσι Βόσποροι· ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα, ὁ δὲ Θρᾳκικός, ὥς φησὶ Φιλέας. — ἴσως τῶν Ἑλλησποντίων. Hoc verum; vide interpp. ad Aesch. Pers. 722. ΑΤ. μηχαναῖς ἔζευξεν Ἕλλης πορθμόν, ὥστ᾽ ἔχειν πόρον. ΔΑ. καὶ τόδ᾽

εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων
ἀπύοι; σχέτλια γὰρ
ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων
οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ,
ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἰώ μοί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἰὼ τλήμων.

ΧΟΡΟΣ.

τὴν δουρίληπτον δύςμορον νύμφην ὁρῶ,
Τέκμησσαν, οἴκτῳ τῷδε συγκεκραμένην.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἴχωκ', ὄλωλα, διαπεπόρθημαι, φίλοι.

V. 879. Hermanno una syllaba, veluti καί, post ἄναξ excidisse videtur.

ἐξέπραξεν, ὥςτε Βόσπορον κλῆσαι μέγαν; Ibid. 745 ὅςτις Ἑλλήςποντον ἱρὸν δοῦλον ὣς δεσμώμασιν ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα, Βόσπορον ῥόον θεοῦ.

V. 864. εἴ ποθι] i. e. alicubi. Exempla huius usus multa attulit Lobeckius ad hunc locum.

V. 865 sqq. Schol.: σχέτλια γὰρ ἐμέ· δεινὰ γὰρ πράγματα ἐμὲ τὸν ἐπιπόνως πλανηθέντα μὴ εὐθυδρομῆσαι εἰς τὸ τῆς ζητήσεως τέλος, καθὸ ὁ Αἴας ἐποιήσατο τὴν ἔφοδον· τοῦτο γὰρ ἂν εἴη οὔριον. De plurali σχέτλια vide Matth. §. 443. l. Tum μακρῶν ἀλάταν πόνων idem significat atque μακροὺς ἀληθέντα πόνους, dictumque ἀλᾶσθαι μακροὺς πόνους eodem modo quo πόνους λατρεύειν sive πόνων λατρεία, qua locutione Sophocles usus est Trach. 830 ed. meae.

Vide quae attuli in censura ed. Lob. sec. ad v. 42.

V. 868. ἀλλ' ἀμεν. — ὅπου] i. e. ἀλλὰ μὴ λεύσσειν, ὅπου ὁ ἀμενηνὸς ἀνήρ ἐστιν. Vide ad O. C. 1212 sq. ed. meae. Recte Hermannus tanto magis indignari Chorum monet, quod Aiacem vix morbo liberatum ipse valens assequi non potuerit.

V. 869. Schol.: ἰώ μοί μοι· Τέκμησσα βοᾷ ἐπιτυχοῦσα τῷ σώματι· φαίνεται δὲ οὐδέπω ἐνώπιος οὖσα τῷ Χορῷ.

V. 870. πάραυλος] i. e. ἐγγύς. Vide ad O. C. 782 ed. meae.

V. 871. Schol.: ἰὼ τλήμων· τοῦτο ἐν τῷ ἐμφανεῖ γενομένη, ὅπερ δηλοῖ ὁ Χορός.

V. 873. οἴκτῳ τῷδε συγκ.] Significat hic οἶκτος lamenta, quae edidit Tecmessa v. 869,

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἐστιν;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Αἴας ὅδ' ἡμῖν ἀρτίως νεοσφαγὴς
κεῖται, κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής.

ΧΟΡΟΣ.

ὤμοι ἐμῶν νόστων·
ὤμοι, κατέπεφνες, ἄναξ,
τόνδε συνναύταν, ὦ τάλας·
ὦ ταλαίφρων γύναι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος αἰάζειν πάρα.

ΧΟΡΟΣ.

τίνος ποτ' ἄρ' ἔρξε χειρὶ δύσμορος;

V. 883. ἔρξε ex Hermanni coniectura scripsi. Libri ἔπραξε.

871. Sic Trach. 863 κλύω τινὸς οἴκτου δι' οἴκων ἀρτίως ὁρμωμένου. De verbo συγκεράννυσθαι vide ad Ant. 1289 ed. meae.

V. 874. διαπεπόρθημαι] Deleta sive perdita sum. Similis est usus verbi πέρθειν, veluti v. 1198. O. R. 1456. Pind. Nem. III, 62. Ol. χ, 45. Cfr. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 340. A.

V. 876. ἀρτίως νεοσφαγής] Sic Trach. 1130 τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής. Pronomen ὅδε pro adverbio loci esse, ita ut significet hic i. e. hoc loco, sponte apparet. Sic 1168. 1224. Cfr. Matth. §. 471. 12. Rost. §. 99. 6. c.

V. 877. Schol.: κρυφαίῳ· ἀποκεκρυμμένῳ, εἰςδεδυκότι εἰς τὸ σῶμα· τὸ δὲ περιπτυχὴς κυριώτατα μὲν ὠνόμασται, ἡμῖν δὲ δυςμετάβλητον. τινὲς δὲ περικεκυλισμένος. Vide quae ad v. 809. adnotavimus.

V. 880. Schol.: τόνδε συνναύταν· ἀντὶ τοῦ ἐμέ, τὸν Χορόν, συνήθως.

V. 883. τίνος — δύςμορος] Permirum est quenquam aliud his verbis Chorum quaerere ex Tecmessa credere potuisse, quam hoc: cuius manu necem sibi Aiax consciverit. Apparet hoc vel ex solis verbis, quae Tecmessa reponit, αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, de quibus vide ad Trach. 877 ed. meae. Chorus enim etsi non dubium est, quin verba Tecmessae v. 876 sq. ita interpretatus sit, ut sua sponte obiisse Aiacem crederet, tamen illud curiose quaerendum putat, quia adduci eo potuerit, ut Aiaci flagitanti necem inferret. Eodem modo Trach. 876 ed. meae

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ· δῆλον. ἐν γάρ οἱ χθονὶ
πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

ὤμοι ἐμᾶς ἄτας, οἷος ἄρ' αἱμάχθης,
ἄφαρκτος φίλων·
ἐγὼ δ', ὁ πάντα κωφός, ὁ πάντ' ἄϊδρις,
κατημέλησα. πᾷ πᾷ
κεῖται ὁ δυςτράπελος δυςώνυμος Αἴας;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οὔτοι θεατός· ἀλλά νιν περιπτυχεῖ
φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην, ἐπεὶ
οὐδεὶς ἄν, ὅςτις καὶ φίλος, τλαίη βλέπειν

V. 887. ἄφαρκτος ipse scripsi. Libri ἄφρακτος. At videtur Sophocles sola forma φάργνυμι usus esse. Hesychius: ἄφαρκτος· ἀφύλακτος. Atque eadem est Scholiastae ad h. l. interpretatio. Neque retinenda scriptura vulgata est propterea, quod idem ille Hesychius monet: ἄφρακτος· ἀφύλακτος. Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ.

quaerit Chorus ex nutrice, postquam Deianiram sua sponte perisse audivit, quis tandem committere facinus illud potuerit, ut gladio mulierem illam conficeret. Plerumque enim, qui sua sponte obibant, famulum vel hominem fidum infigere sibi gladium iubebant.

V. 884 sq. Schol: ἐν γάρ οἱ χθονί· αὐτὸ τὸ σχῆμα, φησί, δηλοῖ, ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀνῃρέθη· πᾶν δὲ ἀμυντήριον καὶ δόρυ καὶ ἔγχος καλοῦσιν οἱ νεώτεροι. περιπετὲς δέ, ᾧ περιέπεσεν. Eustathius p. 644, 47 Σοφοκλῆς ἔγχος περιπετὲς εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ᾧ περιπέπτωκεν Αἴας. Similia sunt, quae adscripsit Lobeckius, ἄγκιστρα περιπαρέντα τοῖς ἰχθύσι Aelian. H. A. XV, 10. ὀδόντες τῇ δειρῇ περιπείρονται Liban. Declam. T. VI. p. 1081. ἑαυτῷ τὸ ξίφος περιέπειρε 70. Chrysost. Opp. T. III. 85. A.

V. 886. Schol.: οἷος ἄρ' αἱμάχθης· μόνος ᾑματώθης. Cfr. Ant. 1175 αὐτόχειρ αἱμάσσεται.

V. 887. ἄφαρκτος φίλων] Non custoditus ab amicis, ut dicitur φίλων ἄκλαυτος Ant. 847. Cfr. Matth. §. 345. Rost. §. 108. 4. a.

V. 889. Schol.: πᾷ, πᾷ· τοῦτο κατ' ἄλλης ἀρχῆς· βουλόμενοι γὰρ τὸ σῶμα θεάσασθαι τοῦτο λέγουσιν, ὃ διακωλύει ἡ Τέκμησσα.

V. 891. Schol.: δυςώνυμος· ὡς καὶ αὐτὸς λέγει ὁ Αἴας. Cfr. v. 422.

V. 893. Schol.: παμπήδην· παντελῶς, ὅλον τὸ σῶμα.

V. 895. ἄνω πρὸς ῥῖνας] Recte Lobeckius contra eos, qui ἐκ ῥινός vel simile quid dici debuisse putarunt, priusquam sanguis naribus effundatur, πρὸς

φυσῶντ' ἄνω πρὸς ῥῖνας ἔκ τε φοινίας
πληγῆς μελανθὲν αἷμ' ἀπ' οἰκείας σφαγῆς.
οἴμοι, τί δράσω; τίς σε βαστάσει φίλων;
ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι
πεπτῶτ' ἀδελφὸν τόνδε συγκαθαρμόσαι.
ὦ δύσμορ' Αἴας, οἷος ὢν οἵως ἔχεις,
ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν.

(ἀντιστρ.)

ΧΟΡΟΣ.

ἔμελλες, τάλας, ἔμελλες χρόνῳ
στερεόφρων ἄρ' ἐξανύσσειν κακὰν
μοῖραν ἀπειρεσίων πόνων. τοῖά μοι
πάννυχα καὶ φαέθοντ' ἀνεστέναζες

V. 903. **ἐξανύσσειν ex La restitui. Ceteri libri ἐξανύσειν. Hermannus ὧδ' ante id verbum cum Erfurdtio addidit.**

V. 905. Hermannus servato in stropha voc. ἴδρις hic ἄρα post φαέθοντ' addidit et ἀνεστέναζες in initio novi versus posuit.

ῥῖνας sufflari necesse esse monuit.

V. 898. *ὡς ἀκμαῖος — μόλοι*] Utinam opportune, si veniat, adsit. Neque enim illud dubium est, quin Graeci ὡς particulam, ut sive quam significantem, optativo adiunxerint. Fecit hoc Sophocles El. 126. 1226. praeivitque Homerus Od. φ, 201 *Ζεῦ πάτερ, αἲ γὰρ τοῦτο τελευτήσειας ἐέλδωρ, ὡς ἔλθοι μὲν κεῖνος ἀνήρ, ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων.* Item scriptores Latini ut modo optativo praeponunt. Sic Terent. Heaut. IV, 2, 6 ut te quidem omnes di deaeque, Syre, perduint! et Adelph. IV, 7, 1 ut, Syre, te cum tua monstratione magnus perdat Iuppiter!

Ibid. *εἰ βαίη*] Hermannus, Optativus hic, inquit, etsi propter alterum optativum positus est, tamen suam propriam vim habet. Aristoph. Pac. 1072 *ἐξώλης ἀπόλοι', εἰ μὴ παύσαιο βακίζων.* Quod neque est *εἰ μὴ παύσει*, si non desines, neque *ἢν μὴ παύσῃ*, si non desieris, sed si non desinas, quod nos dicimus: wenn du nicht aufhören solltest. Compara Aesch. Ag. 1058. Suppl. 932. 948. Soph. hac fab. 1175. Phil. 524. ne plura congeram. — Nihilominus est aliquid offensionis in additis verbis *εἰ βαίη*, ita ut nesciam, an aliquid vitii hic locus contraxerit.

V. 899. Schol.: *συγκαθαρμόσαι*; *περιστεῖλαι.*

V. 905. Schol.: *πάννυχα καὶ φαέθοντα· κατὰ νύκτα καὶ ἡμέραν.* Cfr. Matth. §. 446. 8. Rost. §. 98. not. 8. de usu adiectivi *πάννυχος* vide quae ad Trach. 651. exposuimus.

ὠμόφρων ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις
οὐλίῳ σὺν πάθει.
μέγας ἄρ' ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος
πημάτων, ἦμος ἀριστόχειρ
ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἰώ μοί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ἰώ μοί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

οὐδέν σ' ἀπιστῶ καὶ δὶς οἰμῶξαι, γύναι,
τοιοῦδ' ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ' ἔστ', ἐμοὶ δ' ἄγαν φρονεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

ξυναυδῶ.

V. 910. Brunckius ante ὅπλων Triclinii supplementum Ἀχιλλέως recepit. Probabilior Hermanno Musgravi coniectura videtur, χρυσοδέτων excidisse suspicantis. Tum pro ἔκειτ' ἀγὼν scriptum a Sophocle esse ἔκειθ' ἀγὼν, ex metro versus strophici coniicio.

V. 909 sq. ἀριστόχειρ — ἀγὼν] i. e. ἀρίστων ἀνδρῶν ἀγών. Similia sunt El. 699 ἱππικῶν ὠκύπους ἀγών. Ant. 999 θᾶκον ὀρνιθοσκόπον. O. C. 1062 ῥιμφαρμάτοις ἁμίλλαις. 1495 βούθυτον ἑστίαν. Trach. 609 ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ. Cfr. Matth. §. 446. not. 3. c.

V. 912. πρὸς ἧπαρ] Significatur dolor acutissimus, qui penitus in animum descendere dicitur. Similia collegit Valcken. ad Eur. Hipp. 1070. Tum Scholiastes: γενναία· ἡ ἰσχυρά. Adscripsit Lobeckius Xen. Hellen. V, 4, 11 ὁ ἄνεμος πολλὰ γενναῖα ἐποίησε.

V. 919. Schol.: σκοποί· οἱ Ἀτρεῖδαι.

V. 921. ἄναυδον] Nefandum. Quo sensu ἄῤῥητον saepe a poetis usurpari constat, veluti El. 203. O. R. 465. huius fab. 214.

V. 922. Schol.: τῶδ' ἄχει· τῇ παρούσῃ συμφορᾷ. Dativus positus similiter atque supra v. 847 ed. meae.

V. 924. Schol.: οὐκ ἂν τάδ' ἔστη· οὐκ ἂν ταῦτα ἐπράχθη οὕτω, μὴ θεῶν βουλομένων, ὥστε

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἴμοι, τέκνον, πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ
χωροῦμεν, οἷοι νῷν ἐφεστᾶσι σκοποί.

ΧΟΡΟΣ.

ὤμοι, ἀναλγήτων
δισσῶν ἐθρόησας ἄναυδον
ἔργον Ἀτρειδᾶν τῷδ' ἄχει.
ἀλλ' ἀπείργοι θεός.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οὐκ ἂν τάδ' ἔστη τῇδε, μὴ θεῶν μέτα.

ΧΟΡΟΣ.

ἄγαν ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

τοιόνδε μέντοι Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεὸς
Παλλὰς φυτεύει πῆμ' Ὀδυσσέως χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ ῥα κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει

V. 925. ἄγαν ὑπερβριθές ex La, Γ, aliis, et ex lemmate scholii restitui. Vulgo ἄγαν γ' ὑπερβριθές. Brunckius ex uno cod. ἄγαν δ' ὑπερβριθές scripsit et de suo τόδ' ante ἄχθος addidit.

καὶ ταῦτά ἐστι προσδοκᾶν περὶ τῶν Ἀτρειδῶν. — πρὸς τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Χοροῦ, ἀλλ' ἀπείργοι θεός, φησίν, οὐκ εἰκὸς συλλήψεσθαι ἡμῖν τοὺς θεούς, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἐπράχθη ταῦτα. De verbo ἔστη vide quae ad v. 198. adnotavimus.

V. 925. Schol.: ἄγαν ὑπερβριθές· μέγα καὶ βαρὺ ἤνυσαν οἱ πράξαντες τὰ περὶ τὸν Αἴαντα, ὅ ἐστιν, οἱ αἴτιοι τούτων. Non recte alii subiectum verbi ἤνυσαν esse οἱ θεοὶ putarunt. Vide quae in censura ed. Lob. sec. dixi.

V. 926 sq. τοιόνδε μέντοι etc.] Hoc dicit: atqui profectum nimis magnum illud malum a dea est, Minerva, quae fecerit, ut Ulixis honorandi causa Aiaci arma Achillea denegarentur. Vide fabulam Ai. not. 15. De locutione Ζηνὸς ἡ θεὸς ad v. 172. diximus.

V. 928. κελαινώπαν θ. ἐφυβρίζει] De forma adiectivi κελαινώπης rarissima ad hunc locum egit Lobeckius, hoc simul demonstrans, adiectivum illud idem fere atque κελαινός significare, ut αἴθοψ ἀνήρ dica-

πολύτλας ἀνήρ,
γελᾷ δὲ τοῖσι μαινομένοις ἄχεσιν
πολὺν γέλωτα, φεῦ, φεῦ,
ξύν τε διπλοῖ βασιλῆς κλύοντες Ἀτρεῖδαι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

οἱ δ' οὖν γελώντων κἀπιχαιρόντων κακοῖς
τοῖς τοῦδ'. ἴσως τοι, κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν,
θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός·
οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν
ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.

V. 929. Delevi cum Hermanno articulum ὁ, ante πολύτλας in codd. additum.

tur vir fervido ingenio, φιλόψ amicus, δολῶπις pro δολερά Trach. 1050., τηλωπὸς ἰωή Phil. 216. pro τηλέπορος. Idem recte monuit θυμός dici κελαινός, ut μέλαινα φρὴν Solon. fr. 31. (al. 26.). μέλαν ἦθος M. Anton. V, 18. et 28. μέλανες ἄνθρωποι διὰ κακοήθειαν Plutarch. de Educ. c. 17. p. 97. T. VII. δαίμων μελανόφρων Nonn. Paraphr. VIII, 143. — Insolenter autem accusativus θυμόν cum verbo ἐφυβρίζει coniunctus est, cuius structurae simile exemplum afferre nequeo. Comparari tamen poterit locutio στάζω πόδα vel κάρα, de qua ad Phil. 7. monitum.

V. 929. πολύτλας ἀνήρ] Ulixes non eo sensu πολύτλας ἀνήρ hic dicitur, quo appellari ab Homero solet, sed ita, ut significetur nihil indictum, intentatum, inausumve relinquere, qualis idem describitur Phil. 683 ἀλλ' ἔστ' ἐκείνῳ πάντα λεκτά, πάντα δὲ τολμητά.

V. 930. Schol.: τοῖς μαινομένοις· τοῖς διὰ τὴν μανίαν συμβεβηκόσιν.

V. 932. Schol.: κλύοντες· τὰ ἄχη κλύοντες.

V. 935. Schol.: ἴσως τοι, κεἰ βλέποντα: καὶ νῦν βλέποντα εἶπεν ἀντὶ τοῦ ζῶντα· διὸ τὸ χ πρόςκειται. Sic 1067. El. 1079. O. C. 1438. Phil. 1349.

V. 936. ἐν χρείᾳ δορός] Brunckius in discrimine belli, Musgravius in negotio hastae vel pugnae interpretatur; quorum neutrum probandum puto. Nam ἐν χρείᾳ τινὸς εἶναι vel χρείαν τινὸς ἔχειν vel εἰς χρείαν τινὸς ἐλθεῖν ubique, quod sciam, significat indigere vel opus habere vel destitutum esse aliqua re. Cfr. Phil. 162. 1004. Eur. Hec. 976. Med. 1319. Andr. 368. Suppl. 115. 191. Alc. 722. Itaque ἐν χρείᾳ δορός erit: quum indigebunt hasta eius, i. e. virtute eius bellica. Cfr. Rhes. 601 οὔτε σφ' Ἀχιλλέως, οὔτ' ἂν Αἴαντος δόρυ, μή

ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν, ἢ κείνοις γλυκύς,
αὐτῷ δὲ τερπνός. ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν
ἐκτήσαθ' αὐτῷ, θάνατον, ὅνπερ ἤθελεν.
πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα;
θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισιν, οὔ.
πρὸς ταῦτ' Ὀδυσσεὺς ἐν κενοῖς ὑβριζέτω.
Αἴας γὰρ αὐτοῖς οὐκέτ' ἐστίν· ἀλλ' ἐμοὶ
λιπὼν ἀνίας καὶ γόους διοίχεται.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ἰώ μοί μοι.

V. 930. τοῖσι cum Brunckio ex Triclinii recensione restitui. Hermannus τοῖςδε scripsit. Libri τοῖς.

πάντα πέρσαι ναύσταθμ' Ἀργείων σχέθοι.

V. 937 sq. οἱ γὰρ — ἐκβάλῃ] Comparant editores Plaut. Capt. I, 2 tum denique homines nostra intelligimus bona, quum quae in potestate habuimus, ea amisimus. Ego, postquam gnatus tuus potitust hostium, expertus quanti fuerit, nunc desidero. Horat. Od. III, 24, 31 virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quaerimus invidi.

V. 939. Schol.: ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν· μᾶλλον ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἤπερ ἐκείνοις γλυκύς· ἐπεὶ ὧν ἐπεθύμει ἔτυχεν· οὐκ ἂν οὖν ἐπεγγελῷεν αὐτῷ οἱ ἐχθροί, ὡς αὐτοὶ τῆς ἀπωλείας αἴτιοι γενόμενοι. De suppresso adverbio μᾶλλον vide Kritz. ad Sallust. Cat. VIII, 1. Nitzschium ad Plat. Ion. p. 69. non intelligo.

V. 941. ὅνπερ ἤθελεν] Poterat hoc omitti, quum dictum iam esset, ὧν ἠράσθη τυχεῖν. Sed amat ita dicere Sophocles. Cfr. quos Neuius iam adscripsit locos v. 1114. El. 519. O. R. 338. Ant. 468.

V. 942. τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα] Eadem structura usus Sophocles est Phil. 328 τί δῆτα ἐγκαλῶν κατ' αὐτῶν; O. C. 1339 κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν. El 835 κατ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπεμβάσει.

V. 943. θεοῖς τέθνηκεν] Quomodo perisse a dis Aiacem Tecmessa dicat, iam ostendit v. 926 sq.

V. 944. ἐν κενοῖς] i. e. κενῶς sive ματαίως. Cfr. Matth. §. 577.

V. 945 sq. ἀλλ' ἐμοὶ — διοίχεται] Similiter dictum Trach. 41 πλὴν ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται.

V. 947. Schol.: ἰώ μοί μοι· δεῖ γενέσθαι βοήν, ἣν ἀκούσας ὁ Χορὸς ἐφίστησι γνωρίζειν τὸ φθέγμα τοῦ Τεύκρου βοῶντος.

ΧΟΡΟΣ.

σίγησον. αὐδὴν γὰρ δοκῶ Τεύκρου κλύειν,
βοῶντος ἄτης τῆσδ' ἐπίσκοπον μέλος.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ὦ φίλτατ' Αἴας, ὦ ξύναιμον ὄμμ' ἐμοί,
ἆρ' ἠμπόληκας, ὥςπερ ἡ φάτις κρατεῖ;

ΧΟΡΟΣ.

ὄλωλεν ἀνήρ, Τεῦκρε, τοῦτ' ἐπίστασο.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ὤμοι βαρείας ἆρα τῆς ἐμῆς τύχης.

ΧΟΡΟΣ.

ὡς ὧδ' ἐχόντων

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ὢ τάλας ἐγώ, τάλας.

ΧΟΡΟΣ.

πάρα στενάζειν.

V. 949. ἄτης τῆσδ' ἐπίσκοπον μέλος] Recte Scholiastes interpretatur: οὐχ ἡμαρτηκὸς τῆς συμφορᾶς, ἀλλ' ἐστοχασμένον. Similiter Hesychius ἐπίσκοπα explicat τὰ τυγχάνοντα τοῦ σκοποῦ. Itaque voces intelligendae sunt congruae calamitati, quae acciderat.

V. 950. ὦ ξύναιμον ὄμμ' ἐμοί] Similiter El. 903 σύνηθες ὄμμα. Alia exempla attulit Matth. §. 430.

V. 951. ἆρ' ἠμπόληκας] Certum hoc est, sensum hunc esse debere: peristine? Contra incertum illud est mihique nondum exploratum, quomodo ad significandam hanc rem verbum ἐμπολᾶν adhiberi potuerit. Lobeckius: „quum ἐμπολᾶν vulgo esset ἐμπορεύεσθαι sive πραγματεύεσθαι, facillime fieri potuit, ut significaret id, quod hoc loco dicitur, ἆρα πέπραγας ὥςπερ ἡ φάτις κρατεῖ. Eodem exemplo Hippocrates de Morb. IV, 12. p. 608. E. T. VII. p. 353. T. II. ed. Kuehn. ἢν τοῦ ἀποπάτου μὴ διαχωρέοντος κρατέῃ μία τῶν ἄλλων ἰκμάς, κάλλιον ἐμπολήσει ὁ ἄνθρωπος, melius sese habebit, quod alibi dicit βέλτιον ἀπαλλάσσει Epidem. VI, 716. 719. T. III. Neque aliud intelligi videtur Aesch. Eumen. 622 τὰ πλεῖστ' ἄμεινον' ἠμποληκώς.“ Matthiaeus ad Eur. Cycl. 254 interpretatur: an lucrum fecisti, id ut sit, adeptusne es id quod optabas et in lucro ponebas?

V. 955. Schol.: περισπερχές· ἀντὶ τοῦ βαρύ. Immo vehemens.

V. 956 sq. τί γὰρ — τῆς Τρῳάδος] De duplici interrogatione ad v. 101 sq. monuimus. De verbi κυρεῖ usu confer v. 9. 314. Scholiastes: καὶ

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ὢ περισπερχὲς πάθος.

ΧΟΡΟΣ.

ἄγαν γε, Τεῦκρε.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

φεῦ τάλας. τί γὰρ τέκνον
τὸ τοῦδε, ποῦ μοι γῆς κυρεῖ τῆς Τρῳάδος;

ΧΟΡΟΣ.

μόνος παρὰ σκηναῖσιν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

οὐχ ὅσον τάχος
δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο, μή τις, ὡς κενῆς
σκύμνον λεαίνης, δυσμενῶν ἀναρπάσῃ;
ἴθ', ἐγκόνει, σύγκαμνε. τοῖς θανοῦσί τοι
φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.

πρὶν ἀκοῦσαι τῶν ἐντολῶν ὁ Τεῦκρος, ἔδειξεν τὴν περὶ τὸν παῖδα κηδεμονίαν ἀφ' ἑαυτοῦ φρονίμως.

V. 959. ἄξεις] Scholiastes in nota ad v. 976 appellari Tecmessam putat. Quod si recte statuitur, illo versu necesse est famulum sive pedissequum Teucri appellari existimemus.

V. 959 sq. ὡς κενῆς σκύμνον λεαίνης] Quanquam verum est nomen κενός orbis magis convenire quam viduis, ut Bion. I, 59 χήρα δ' ἁ Κυθέρεια, κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες, tamen nemo negabit leaenam coniuge peremto κενήν dici posse, id est μεμονωμένην. Quae si vel sola partum tueri potest eoque plurimum differt a Tecmessa, ad tuendum filiolum invalidissima, tamen haec dissimilitudo audientium animos ante praeterlabitur quam percepta est, quippe quibus verba ipsa nihil praeter viduitatis et orbitatis notionem subiiciant, sic ut hoc solum in cogitatione haereat et obversetur, mater a marito destituta, filius fortissimo patre orbatus. Κενὸν λεαίνης σκύμνον poeta dicere non potuit, quoniam is, qui cum pullo leonino comparatur, patre orbatus erat, non matre; neque magis vel κενοῦ λέοντος scribi vel epitheton illud plane omitti licuit. LOB.

V. 961 sq. τοῖς θανοῦσί τοι — ἐπεγγελᾶν] Proverbii speciem habet; ἐπεμβαίνειν, ὃ δὴ λέγεται, κειμένοις Aristid. p. quatuorv. T. II. 265. Philostrat. V. Soph. I. 32, 625 τοῖς πεπτωκόσιν ἐπεμβαίνειν Liban. Declam. T. IV. 178. LOB.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ἔτι ζῶν, Τεῦκρε, τοὐδέ σοι μέλειν
ἐφίεθ᾽ ἀνὴρ κεῖνος, ὥςπερ οὖν μέλει.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ
ἄλγιστον, ὧν προςεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ·
ὁδός θ᾽ ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δὴ
μάλιστα τοὐμὸν σπλάγχνον, ἣν δὴ νῦν ἔβην,
ὦ φίλτατ᾽ Αἴας, τὸν σὸν ὡς ἐπῃσθόμην
μόρον διώκων κἀξιχνοσκοπούμενος.
ὀξεῖα γάρ σοῦ βάξις, ὡς θεοῦ τινος,
διῆλθ᾽ Ἀχαιοὺς πάντας, ὡς οἴχει θανών.

V. 973. δύστηνος ex optimis plurimisque codicibus restitui. Vulgo δείλαιος.

V. 971. ὀξεῖα — τινός] Ad ὡς θεοῦ τινος supple βάζοντος, ut Trach. 768 ἀρτίκολλος ὥςτε τέκτονος intelligendum est κολλῶντος, celeriter velut deo divulgante percrebuit mortis tuae fama. Id enim a Iove deprecatus erat Aiax v. 825 πέμψον τίν᾽ ἡμῖν ἄγγελον κακὴν φάτιν Τεύκρῳ φέροντα, precesque illas exauditas esse rumor repentinus testatur, quo non solum Teucer, sed etiam Menelaus de obitu Aiacis certior factus et (mirum) in eundem locum quamvis remotum et dissitum deductus est, haud secus atque Isis, quo mariti reliquiae devenerint, comperisse dicitur πνεύματι δαιμονίῳ πυθομένη Plutarch. de Is. XV. p. 121. Et quod ad Graecos Mycalen oppugnaturos fama victi eodem die Mardonii pervenit, Herodotus IX, 100. merito refert ad τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων. Nonnus V, 370 φήμην αὐτοδίδακτον dicit. LOB.

V. 976. Schol.: ἴθ᾽ ἐκκάλυψον· πρὸς τὸν Χορόν φησιν ἤ τινα τῶν θεραπόντων· ἡ γὰρ Τέκμησσα ἐπὶ τὸν παῖδα ἀπῄει. Vide ad v. 959. De sententia Lobeckius adscripsit Eur. Med. 1311 ἐκλύεθ᾽ ἁρμούς, ὡς ἴδω διπλοῦν κακόν. Hippol. 803 ἐκλύσαθ᾽ ἁρμούς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.

V. 977. ὦ δυςθέατον — πικρᾶς] Eustathius p. 409, 45. (310, 42.): ὁ Σοφοκλῆς ἐν στίχῳ ἑνὶ οὐκ ὤκνησε διπλόην θέσθαι συντάξεως, εἰπών, ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς. ἔχων γὰρ φάναι, ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμη πικρά, ὅμως ἐξήλλαξε τὴν φράσιν διὰ τὸ καὶ οὕτω καὶ οὕτω δύνασθαι λέγεσθαι, οἷον, ὦ δυςθεάτου καὶ ὄψεως καὶ τολμήματος, καὶ πάλιν, ὦ δυςθέατος ὄψις καὶ τόλμημα. Adscripsit Lobeckius Theocr. XV, 124 ὦ ἴβενος, ὦ χρυσός, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος αἰετῶ — φέροντος. Tryphiod. 395 ὤμοι ἐμῶν ἀχέων, ὤμοι πατρώϊον ἄστυ. Liban. Declam. T. IV. p. 1015 ὦ κάλλους νέων, ὦ πλοκάμων ὥρα, ὦ προςώπου χάριτες, ὦ στέρνων

ἀγὼ κλύων δύστηνος, ἐκποδὼν μὲν ὤν,
ὑπεστέναζον, νῦν δ' ὁρῶν ἀπόλλυμαι.
οἴμοι.
ἴθ', ἐκκάλυψον, ὡς ἴδω τὸ πᾶν κακόν.
ὦ δυςθέατον ὄμμα καὶ τόλμης πικρᾶς,
ὅσας ἀνίας μοι κατασπείρας φθίνεις.
ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατὸν εἰς ποίους βροτούς,
τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ;
ἦ πού με Τελαμών, σὸς πατὴρ ἐμός θ' ἅμα,
δέξαιτ' ἂν εὐπρόςωπος ἵλεώς τ' ἴσως
χωροῦντ' ἄνευ σοῦ. πῶς γὰρ οὔχ; ὅτῳ πάρα
μηδ' εὐτυχοῦντι μηδὲν ἥδιον γελᾶν.
οὗτος τί κρύψει; ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν

V. 981. με ex coniectura Toupii cum Hermanno addidi. Brunckius ὁ σὸς scripsit.

φιλτάτων. Ceterum perapte mihi quidem Sophocles duplici structura hic usus videtur. Consentaneum enim erat, ut Teucer oculum Aiacis appellaret, coll. v. 950., de audacia vero eius conquereretur.

V. 978. Schol.: κατασπείρας· δαιμονίως καὶ τὸ σπείρας, οἷον, ἀρχὴν κακῶν παρασχών· ἢ τὸ σπείρας ἐπὶ πλήθους κακῶν τακτέον.

V. 979. ποῖ γὰρ μολεῖν etc.] Quo me convertam? Sic Electr. 812 νῦν δὲ ποῖ με χρὴ μολεῖν;

V. 980. ἀρήξαντ'] Accusativus est, referendus ad infinitivum μολεῖν, in qua re, quamvis δυνατόν μοι positum sit, nihil tamen offensionis est. Cfr. Matth. §. 536. Rost. §. 127. ann. 2. Contra illud poetae tantum fecerunt, ut praecedente dativo pronominis nullo addito infinitivo participium casu accusativo efferrent. Sic El. 479 ὕπεστί μοι θράσος, ἀδυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων. et Aesch. Choeph. 408 πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ, τόνδε κλύουσαν οἶκτον.

V. 981. Schol.: ἦ που Τελαμών· ἅμα μὲν πρὸς τῆς ἱστορίας, ὅτι ἐκβέβληται, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ πιθανὸν τῆς ὑπονοίας. Cfr. interpp. Horat. Od. I, 7. 25. M. Tulli de Orat. II, 46. et fabulam Aiacis not. 19.

V. 983. πῶς γὰρ οὔχ] Cur non? scilicet excipiat me? Loqui eum ironice facile apparet.

V. 984. ἥδιον γελᾶν] Musgravius, comparativus, inquit, pro positivo. Sic hodieque loquimur, non quo credamus, quod ante Hermannum multi crediderunt, Graecis licuisse, ubi positivo opus esset, comparativo uti et quidvis pro quovis dicere, sed ad significandum in huiusmodi oratione non talem esse secundi gradus significationem, τοῦτο ἥδιον ἐκείνου, sed delitescere quodammodo. Homo ἀγέλαστος nunquam ἡδὺ γελᾷ, sed fieri potest, ut ali-

τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον,
τὸν δειλίᾳ προδόντα καὶ κακανδρίᾳ
σέ, φίλτατ' Αἴας, ἢ δόλοισιν, ὡς τὰ σὰ
κράτη θανόντος καὶ δόμους νέμοιμι σούς;
τοιαῦτ' ἀνὴρ δύσοργος, ἐν γήρᾳ βαρύς,
ἐρεῖ, πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος.
τέλος δ', ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφήσομαι,

V. 992. ἀποῤῥιφήσομαι ex plurimis optimisque codd. restitui. Vulgo ἀποῤῥιφθήσομαι. Egit de duplici forma Lobeckius ad hunc locum.

quando rideat ἥδιον τοῦ εἰωθότος. LOB.

V. 986. τὸν ἐκ — νόθον] Significat δόρυ πολέμιον praedam bello captam, i. e. mulierem δοριάλωτον, quemadmodum Tecmessa v. 221 λέχος δοριάλωτον appellatur. Hesione enim, quae designatur, erat δορὸς γέρας (vide v. 434.) et peregrina; quapropter Teucer ea prognatus metuit, ne a patre νόθος appelletur. Sunt enim νόθοι Atticis qui patre Atheniense, matre peregrina, quamvis regia, nati ius civitatis lege Solonis non habebant. Vide Cuperi Obss. I, 26. [Cfr. C. F. Hermann Lehrbuch der Griech. Staatsalt. §. 118. p. 222.]. Eius nominis discrimine Teucer iam apud Homerum Il. Θ, 284., quamvis sine contumelia, a filio genuino distinguitur. Praesagit autem duplex patris crimen, quod fratrem aut per ignaviam non defenderit, aut per insidias, ut aditum sibi ad haereditatem patefaceret, interfecerit; νόθοι enim, si legitimi liberi superstites erant, in bonorum a patre relictorum possessionem non admittebantur. Vide Aristoph. Av. 1648. ibique interpretes. IAEGER.

V. 987. τὸν δειλίᾳ προδόντα etc.] Ex sententia Telamonis patris dixit. Neque enim Teucer prodidisse se Aiacem dicere vult.

V. 988 sq. τὰ σὰ — νέμοιμι σούς] Verba τὰ σὰ κράτη non significant, quod Brunckius vult, opes tuas, sed imperium tuum. Idem poeta, quamvis aliis verbis usus, his locis dixit: O. R. 237 γῆς τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω. El. 651 δόμους Ἀτρειδῶν σκῆπτρά τ' ἀμφέπειν τάδε. Illud vix opus est ut moneatur, rectissime se habere optativum νέμοιμι, referendum ad προδόντα vel potius ad id, quod participio illo significatur, ὅτι προὔδωκα.

V. 990. Schol.: τοιαῦτ' ἀνὴρ δύσοργος· τὸ μὲν δύσοργος ἐκ φύσεως· λέγει γὰρ αὐτὸν ἀεὶ σκυθρωπόν· τὸ δὲ ἐν γήρᾳ βαρὺς εἰς ἐπίτασιν. Augetur enim cum aetate iracundia. M. Tullius ad Att. XIV, 24 amariorem me facit senectus; stomachor omnia. De locutione ἐν γήρᾳ βαρύς ad Phil. 60. et O. R. 17. monitum est. Denique tenendum vehementer falli qui ex hoc loco concludant, nomen ἀνήρ omisso articulo de certo viro dici. Appositionis enim loco addita verba sunt ἀνὴρ δύσοργος — βαρύς.

δοῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς.
τοιαῦτα μὲν κατ' οἶκον· ἐν Τροίᾳ δέ μοι
πολλοὶ μὲν ἐχθροί, παῦρα δ' ὠφελήσιμα.
καὶ ταῦτα πάντα σοῦ θανόντος εὑρόμην.
οἴμοι, τί δράσω; πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ
τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος, ὦ τάλας, ὑφ' οὗ

V. 995. *ὠφελήσιμα* Brunckius ex coniectura Iohnsoni restituit. Libri *ὠφελήσιμοι*.

V. 996. Brunckius ex Eustathio p. 999, 61. *ταῦθ' ἅπαντα* scripsit.

V. 991. *πρὸς οὐδὲν — θυμούμενος*] Non male Brunckius: levissimam quamque ob causam ad iurgia irritabilis. Proprie *θυμοῦσθαι εἰς ἔριν* est irasci ita ut rixeris.

V. 992. *ἀπωστὸς γῆς ἀπ.*] Teucrum poetá facit ex rerum gestarum veritate divinare, quae se fata mansura sint. Nam sine fratre redux quum a patre non receptus in patriam esset, coactus abiit in exilium; vide Vellei. Pat. I, 1. In fuga Sidonem delatum esse visumque a Didóne fingit Virg. Aen. I, 619. ubi vide Heynii Excursum. Denique in Cypro urbem patriae cognominem condidit, quae non minorem famam nacta Salaminem, ut ait Horat. I, 7, 29., ambiguam reddidit, h. e. ut Salamine commemorata, utra intelligenda esset, ambigeretur; vide Gronov. Obss. I, 1. IAEG. De abundantia locutionis *ἀπωστὸς ἀποῤῥιφήσομαι* ad v. 69 sq. dictum est.

V. 993. Schol.: *λόγοισιν· τοῖς τοῦ πατρὸς λοιδορίαις.*

V. 994. *ἐν Τροίᾳ*] In Troade. Adscripsit Neuius El. 1. Phil. 112. 914.

V. 997. Schol.: *πῶς ἀποσπάσω· πῶς, φησί, τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ ξίφους ἑλκύσω; συμπληρῶσαι δὲ βούλεται καὶ θάπτειν αὐτόν· καλῶς δὲ τῇ μὲν Τεκμήσσῃ περιῆψε τὸ σκεπάσαι αὐτόν, ὡς γυναικί, τῷ δὲ Τεύκρῳ, ὡς ἀνδρὶ καὶ ἀδελφῷ, τὰ δέοντα ποιεῖν περὶ τὸ σῶμα.*

V. 998. Schol.: *τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος· τῆς ἀκμῆς τοῦ ξίφους, τῆς ὀξείας εἰς τὸ καίνειν, ὡς ὀδούς· ὀδοῦσι γὰρ περιβάλλεται ὀξέσιν· ἀπὸ δὲ τοῦ ἄκρου τὸ ξίφος δηλοῖ.* Cfr. Ant. 1233. Lobeckius, nomen *κνώδων*, inquit, a verbo *κνῶ* propagatum proprie non gladium, sed remoras venabulorum et gladiorum significat; capuli moras vocat Silius Pun. I, 515. Cfr. Polluc. V, 22. — Idem ambigit, utrum *αἰόλος κνώδων* cruentum gladium significet, an ad exemplum Homericorum *αἰόλος ζωστήρ*, *θώρηξ* et similium dictum sit. Ego quid sentiam, ad v. 147. adnotavi.

V. 998 sq. *ὑφ' οὗ — ἐξέπνευσας*] i. e. *ὅς σε ἐφόνευσεν*. Ut enim supra *σφαγεύς*, ita hic *φονεύς* appellatus gladius est. Quod nomen quod in membro relativo positum est, in eo nihil offensionis est. Cfr. Matth. §. 474. a. Attulit etiam Lobeckius ad hunc locum aliquot exempla eiusdem generis. De *ἄρα* particula confert Hermannus El. 935. 1185.

φανέως ἄρ' ἐξέπνευσας; εἶδες, ὡς χρόνῳ
ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν;
σκέψασθε, πρὸς θεῶν, τὴν τύχην δυοῖν βροτοῖν.
Ἕκτωρ μέν, ᾧ δὴ τοῦδ' ἐδωρήθη πάρα
ζωστῆρι, πρισθεὶς ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων,
ἐγνάπτετ' αἰέν, ἕςτ' ἀπέψυξεν βίον·
οὗτος δ' ἐκείνου τήνδε δωρεὰν ἔχων,
πρὸς τοῦδ' ὄλωλε θανασίμῳ πεσήματι.

V. 1000. Hermannus ἀποφθίσαι. Vide Lobeckium ad hunc locum.

V. 1004. ἐγνάπτετ' ex plurimis codd. recepit Brunckius, ...

V. 999. εἶδες] Videbas, i. e. intelligebas. Saepe enim ὁρᾶν et aoristus ἰδεῖν non tam oculis cernere quam mente videre sive intelligere significant. Cfr. O. R. 45. 284. O. C. 1730. Phil. 98. 839. Atque sic etiam εἰςορᾶν usurpatur, ut huius fab. 127. Consulendi praeterea Matth. ad Eur. Bacch. 1298. et Siebelis ad Pausan. T. IV. p. 137. Vehementer autem falluntur qui εἶδον pro οἶδα poni iudicant.

V. 1000. καὶ θανὼν ἀποφθίσειν] Cfr. Ant. 871 θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με. Trach. 1159 sq. ζῶντα μ' ἔκτεινεν θανών.

V. 1002 sq. Ἕκτωρ μέν etc.] De donis, quibus se affecisse Hector et Aiax dicuntur, Homerus Il. η, 303 sqq. ὣς ἄρα φωνήσας δῶκε ξίφος ἀργυρόηλον, σὺν κολεῷ τε φέρων καὶ ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι· Αἴας δὲ ζωστῆρα δίδου φοίνικι φαεινόν.

V. 1003. ζωστῆρι] Dissentit Homerus, qui Il. χ, 396 sqq. Hectorem narrat traiecto per nervos pedum loro bubulo adligatum Achillis currui esse. Quodsi, Lobeckius inquit, Sophocles hoc finxit, Aiacem et Hectorem suis utrumque donis perisse, utique, ut Itali dicunt, belle inventum est; sin vetustior ea de re fama fuit, egregie convenit cum superstitiosa illa fortuitarum συνεμπτώσεων observatione, qua prisca gens mortalium duci solebat. Ac ne nos quidem, si relatum legimus aliquem eodem telo peremtum esse quo alium trucidaverit (vide Wyttenb. ad Plut. S. N. V. p. 46. et interpp. ad Dion. Cass. XLVIII, 1.), nobis temperare possumus, quin haec et similia fataliter fieri credamus, hodieque valet Plutarchi dictum V. Sertor. c. 1 ἀγαπῶντες ἔνιοι τὰ τοιαῦτα συνάγουσιν ἱστορίᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν κατὰ τύχην γεγονότων ὅσα λογισμοῦ καὶ προνοίας ἔργοις ἔοικε. — Wesselingius comparat Anthol. Pal VII, 151 Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας ζωστῆρ'· ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατον.

Ibid. πρισθεὶς ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων] Idem his verbis dixit atque Homerus Il. χ, 398 ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε. Nam πρισθείς est, ut recte explicat Suidas, δεθείς, ἐξαφθείς, δεσμευθείς (vide Lobeckium, plu-

ἆρ' οὐκ Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος,
κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος;
ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα καὶ τὰ πάντ' ἀεὶ
φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς·
ὅτῳ δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα,
κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω κἀγὼ τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

μὴ τεῖνε μακράν, ἀλλ' ὅπως κρύψεις τάφῳ

sentiente Lobeckio, quem vide ad hunc locum. Hermannus ἐκναπτει':

V. 1012. Pauci codices et Suidas τἀκείνου, unde Hermannus scripsit κεῖνος τὰ κείνου,

ribus de usu huius verbi ad h. l. exponentem), ἄντυξ autem orbiculus currus, cui habenae, quando currus sistebatur, vulgo adligari solebant. De adiectivo ἱππικός, curulis significante, vide El. 730. 1444. Constat enim numerum pluralem ἵπποι saepe de curru quum ab Homero, tum ab aliis poetis usurpari. Denique de ἐκ praepositione vide Rost. §. 110.

V. 1004. ἐγνάπτετ' — βίον] In hac quoque re Sophocles discessit ab Homero, qui, quum Hectoris corpus ad Achillis naves raperetur, non laceratum, sed pulvere tantum conspersum esse narrat (Il. χ, 395 — 405.). Quin ubi iterum circa Patrocli sepulcrum eodem modo Achilles corpus Hectoris raptasse dicitur, diserte Homerus refert prohibuisse Apollinem, ne laceraretur; Il. ω, 14 — 21. Neque de obitu Hectoris Sophocles cum Homero consentit. Ille enim antea eum perisse narrat quam currui alligatus raptaretur (Il. χ, 361 — 395.); hic autem raptatum fingit esse, vivum e curru suspensum, donec animam efflaret.

V. 1006. πρὸς τοῦτ'] Non ad Hectorem, qui modo ἐκεῖνος pronomine significatus sit, sed ad gladium referendum puto.

V. 1007 sq. Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχ. ξίφος] Simillime vestem mortiferam, quam induit, a Deianira sibi missam, Hercules dicit (Trach. 1051 sq.) Ἐρινύων ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον. Deinde quum in verbo χαλκεύειν potestas fabricandi hoc loco potissima sit, profecto nihil offensionis in eo esse potest, quod assumendum idem verbum ad accusativum ἐκεῖνον est. Denique verba δημιουργὸς ἄγριος recte interpretatus est Lobeckius, qui solet esse rerum mortiferarum faber; unde ᾅδου μάχαιραι, δίκτυον et similia dicuntur.

V. 1009 sq. ἐγὼ μὲν οὖν — θεούς] De sententia conferunt Aesch. Ag. 1463 τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται; τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστι;

V. 1012. Schol.: ἐκεῖνα στεργέτω· τὰ ἑαυτοῦ δόγματα· γέγονε δὲ τοῦτο καὶ παροιμιακόν.

V. 1013. Schol. rec.: μὴ τεῖνε μακράν· ἀντὶ τοῦ μὴ ἀπότεινε, λόγον δηλονότι. τὸ ἀποτείνειν γὰρ ἐπὶ λόγου λέγεται, οἷον ἀπέτεινε λόγον μακρόν. Vide ad El. 1240 ed. meae.

φράζου τὸν ἄνδρα, χῶ τι μυθήσει τάχα.
βλέπω γὰρ ἐχθρὸν φῶτα, καὶ τάχ' ἂν κακοῖς
γελῶν ἃ δὴ κακοῦργος ἐξίκοιτ' ἀνήρ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

τίς δ' ἐστιν, ὅντιν' ἄνδρα προςλεύσσεις στρατοῦ;

ΧΟΡΟΣ.

Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ὁρῶ· μαθεῖν γὰρ ἐγγὺς ὢν οὐ δυςπετής.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὗτος, σὲ φωνῶ τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν
μὴ συγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν, ὅπως ἔχει.

V. 1022. Brunckius ex paucis codd. ἀνάλωσας recepit. Vide Lobeckium ad hunc locum.

V. 1023. Brunckius ex paucis codd. δοκοῦντά θ' rescripsit.

V. 1026. Brunckius et Hermannus cum aliis ἄξειν, quod in

V. 1016 sq. κακοῖς — ἀνήρ] De γελᾶν cum dativo iuncto adscripsit Lobeckius Eur. Troad. 407 κακοῖσιν οἰκείοις γελᾶν. De ἃ δὴ pro vulgari ἅτε vel οἷα δή posito compararunt editores Demosth. Ep. V. 1490. A. ἃ δὴ ὑπολαμβάνων. Plat. Phaedr. p. 244. E. ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γενῶν, ἡ μανία ἀπαλλαγὴν εὕρετο. Nicand. Alex. 215 βοάᾳ ἅ τις ἐμπελάδην φὼς ἀμφιβρότην κώδειαν ἀπὸ ξιφέεσσιν ἀμηθείς. Deinde facile apparet ἐξίκοιτο significare adveniat; vide quae ad O. C. 349. adnotavimus. Denique adverte inversum verborum ordinem; debebant enim coniungi verba ἃ δὴ κακοῦργος ἀνήρ. Similia attulimus multa ad O. C. 1223. Postremo quod κακοῦργος dicitur Menelaus, de eo vide quae ad v. 1020. adnotavimus.

V. 1018. ᾧ δὴ — ἐστείλαμεν] Simillime dictum Phil. 1037 ἐπεὶ οὔποτ' ἂν στόλον ἐπλεύσατ' ἂν τόνδ' οὕνεκ' ἀνδρὸς ἀθλίου.

V. 1020. Schol.: οὗτος, σὲ φωνῶ· ὑβριστικὸν τὸ ἦθος Μενελάου· ἴσως ἐκ τῆς συνωμοσίας Ὀδυσσέως. Erat illa aetate quum a ceteris Graecis, tum imprimis ab Atheniensibus ea recepta opinio, ut Spartanos humanitatis expertes virosque callidos, insolentes, et in alios dolosos esse iudicarent. Cfr. Wachsmuth. Hellen. Alterthumsk. I, 1. p. 68 sqq. 134 sqq. O. Mueller. Dor. II. p. 408. Boeckh. de Tragg. Gr. p. 179. et Baehr. ad Herod. VI, 108. p. 379. — De verbi φωνῶ usu, iubeo si-

ΤΕΥΚΡΟΣ.

τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δοκοῦντ' ἐμοί, δοκοῦντα δ' ὃς κραίνει στρατοῦ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

οὔκουν ἂν εἴποις, ἥντιν' αἰτίαν προθείς;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὁθούνεκ' αὐτὸν ἐλπίσαντες οἴκοθεν
ἄγειν Ἀχαιοῖς ξύμμαχόν τε καὶ φίλον
ἐξεύρομεν ζητοῦντες ἐχθίω Φρυγῶν·
ὅςτις στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον,
νύκτωρ ἐπεστράτευσεν, ὡς ἕλοι δόρει·

aliquot codicibus est.

V. 1029. δόρει ipse restitui. Libri δορί, nisi quod La. γρ. ἐλοιδόρει. Idque in textu habet Γ. cum nota: γρ. ὡς ἕλοι δόρι. Vide quae ad O. C. 619. in nota critica exposui.

gnificantis (coll. v. 1091.), ad O. C. 837. dixi, de addito χεροῖν ad huius fab. v. 711.

V. 1023. δοκοῦντα δ'] Suppressum αὐτῷ, id est Ἀγαμέμνονι. Vide quae ad Phil. 187 sq. adnotata sunt.

V. 1024. ἥντιν' — προθείς] Scilicet κελεύεις με μὴ συγκομίζειν τὸν νεκρόν.

V. 1025 sq. ἐλπίσαντες — ἄγειν] Multo accommodatior huic loco praesentis quam futuri infinitivus est. Hoc enim dicit Menelaus: quum sic existimassemus, nos talem te ex patria huc adduxisse, qui socius nobis et amicus esses. Cfr. 1070 ed. meae: ἦ σὺ φῄς ἄγειν τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς δεῦρο σύμμαχον λαβών;

V. 1027. ἐξεύρομεν ζητοῦντες] Locutio ἐξεῦρον ζητῶν quum ab initio significasset investigando vel explorando repperi, usu factum est, ut etiam ibi poneretur, ubi suffecit dici ἐξεῦρον, repperi vel expertus sum. Apte adscripsit Lobeckius Aristoph. Plut. 105 οὐ γὰρ εὑρήσεις ἐμοῦ ζητῶν ἔτ' ἄνδρα τοὺς τρόπους βελτίονα. Ran. 91 γόνιμον δὲ ποιητὴν ἂν οὐχ εὕροις ἔτι ζητῶν ἄν. Pindar. Ol. XIII, 161 εὑρήσεις ἐρευνῶν. Lucian. Necyom. c. 4 εὕρισκον ἐπισκοπῶν. et alia.

V. 1028. Schol.: πρῶτον κεφάλαιον, ὅτι ἐπίβουλος ἦν τῶν Ἑλλήνων, δεύτερον, ὅτι ἀπειθής. ἐντεῦθεν δὲ τὴν πρόφασιν τῆς ἀντιλογίας λήψεται ὁ Τεῦκρος, ὅτι οὐκ εἰσὶν αὐτῷ βασιλεῖς οἱ Ἀτρεῖδαι.

καὶ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν,
ἡμεῖς μὲν ἂν τήνδ᾽, ἣν ὅδ᾽ εἴληχεν, τύχην
θανόντες ἂν προὐκείμεθ᾽ αἰσχίστῳ μόρῳ,
οὗτος δ᾽ ἂν ἔζη. νῦν δ᾽ ἐνήλλαξεν θεὸς
τὴν τοῦδ᾽ ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν.
ὧν οὕνεκ᾽ αὐτὸν οὔτις ἔστ᾽ ἀνὴρ σθένων
τοσοῦτον, ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ,
ἀλλ᾽ ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος
ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται.
πρὸς ταῦτα μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος.
εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν,
πάντως θανόντος γ᾽ ἄρξομεν, κἂν μὴ θέλῃς,

V. 1047. καθεστήκοι ex plurimis iisque bonis codd. restitui.

V. 1031 sq. τήνδ᾽ — τύχην θανόντες] Locutio aliquanto insolentior est, sed satis confirmata exemplis illis, quae in censura ed. Lob. ad v. 42. attuli, significans: τοῦτον τὸν θάνατον, ὃν ὅδε εἴληχεν, τετυχηκότες vel εἰληχότες. Accusativus ergo τύχην aptus ex participio θανόντες est.

V. 1034. πρὸς μῆλα] Sophoclem latiore significatu dixisse μῆλα, ut etiam feras intellexerit, quum Achillem faceret πᾶν μῆλον θηρῶντα, observarunt grammatici. Vide Eustathium p. 877, 58. 1648, 63. (828, 12. Od. 334, 10.). Hic quidem intelligi patet boum oviumque greges. HKRM. Fr. Iacobsius μῆλα, inquit, Menelaus dicere maluit quam ἀγέλας, ut gravior esset ironia, maiorque Aiacis contumelia videretur.

V. 1035 sq. αὐτὸν — σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ] Nihil offensionis in eo est, quod, quum primum pronomen posuisset poeta αὐτόν, deinde vocabulum hac in re proprium, σῶμα, subiunxit. Idem factum El. 696 sq. ed. meae στάντες δ᾽, ὅθ᾽ αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβῆς κλήρους ἔπηλαν καὶ κατέστησαν δίφρους. et huius fab. v. 1147 sqq. τὸ σὸν λαβρὸν στόμα — τὴν πολλὴν βοήν. De locutione τυμβεύειν τάφῳ ad El. 899. diximus.

V. 1036. χλωρὰν ψάμαθον] Recte Brunckius aliique interpretantur pallidam, flavam arenam.

V. 1042. Schol. rec.: παρευθύνοντες· ἐκτρέποντες. ἀπὸ τῶν μὴ ἐώντων τινὰς βαδίζειν τὴν ἑαυτῶν ὁδόν, ἀλλὰ παρεκκλινόντων αὐτούς. Significat fere hoc loco: ad obsequium cogere, additumque χερσὶν videtur eodem sensu, quo v. 27 ἐκ χειρός positum vidimus.

V. 1044 — 1059. καίτοι — λυπώμεθα] Manifestum est haec, quae ad rem ipsam, de qua agitur, non necessario pertineant, addita a poeta esse, ut civium suorum mores immodestos notaret. Vide ad v. 158 sqq. Similia praecipientem introduxit Creontem in Antig. 668 sqq.

χερσὶν παρευθύνοντες. οὐ γὰρ ἔσθ᾽ ὅπου
λόγων ἀκοῦσαι ζῶν ποτ᾽ ἠθέλησ᾽ ἐμῶν.
καίτοι κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς ἄνδρα δημότην
μηδὲν δικαιοῦν τῶν ἐφεστώτων κλύειν.
οὐ γάρ ποτ᾽ οὔτ᾽ ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
φέροιντ᾽ ἄν, ἔνθα μὴ καθεστήκοι δέος·
οὔτ᾽ ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ᾽ ἔτι,
μηδὲν φόβου πρόβλημα, μηδ᾽ αἰδοῦς ἔχων.
ἀλλ᾽ ἄνδρα χρή, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα,
δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.
δέος γὰρ ᾧ πρόςεστιν αἰσχύνη θ᾽ ὁμοῦ,
σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ᾽ ἐπίστασο·

Vulgo καθεστήκῃ. Brunckius ex uno Par. E. καθέστηκεν recepit.

V. 1044. κακοῦ πρὸς ἀνδρός] Glossa: ἴδιόν ἐστιν ἀνδρὸς κακοτρόπου. De πρός praepositionis usu ad v. 311 sq. monuimus. Tum verba ἄνδρα δημότην appositionis loco addita sunt subiecto, quod continetur infinitivo κλύειν. Scriptor prosaicus dixisset ὄντα ἀστόν.

V. 1045. Schol. rec.: μηδὲν δικαιοῦν· μηδαμῶς δίκαιον κρίνειν, τῶν ἐπιστατῶν ἢ τῶν ἀρχόντων ὑπακούειν.

V. 1046 sq. καλῶς φέροιντ᾽ ἄν] Καλῶς, εὖ, κακῶς φέρεσθαι dicuntur ea, quae bene aut male procedunt, quibuscum bene aut male agitur. Xenoph Oecon. V, 17 εὖ φερομένης τῆς γεωργίας. Idem Ages. I, 35 αἴτιον εἶναι τοῦ κακῶς φέρεσθαι τὰ ἑαυτοῦ. Thucyd. II, 60 καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνὴρ τὸ καθ᾽ ἑαυτόν. ERF.

V. 1047. ἔνθα — δέος] id est εἰ μὴ ἐν αὐτῇ εἴη δέος. De verbo καθέστηκα ad v. 198. diximus. Scholiastes admonuit de dicto Epicharmi: ἔνθα δέος, ἐνταῦθα καὶ αἰδώς. Quod vulgo tribuitur Cypriorum scriptori; vide Henrichsen de Cypr. p. 69. Müller de Cycl. Gr. epico. p. 96. no. 17.

V. 1049. μηδὲν φόβου — ἔχων] Supra iam ad v. 552. similibus allatis exemplis docuimus πρόβλημα ἔχειν φόβου idem esse atque προβαλέσθαι sive potius προβεβλῆσθαι φόβον. Quemadmodum autem ἀσπίδα προβαλέσθαι dicitur qui scuto defendere se a telis hostium parat, ita exercitus φόβον καὶ αἰδῶ προβαλέσθαι dicitur, quando metus et pudor quasi arma sunt, quibus si tectus sit exercitus, perire vel vinci nequeat.

V. 1050. κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα] Apte glossa Brunckii φύσῃ, cuius verbi exemplo poeta synonymum γεννῆσαι accommodavit, solus fortasse Graecorum, qui hodie restant. LOB. De locutione σῶμα φύειν μέγα vide quae ad O. C. 149. et 801 sq. adnotavimus.

V. 1052. Schol.: δέος γὰρ ᾧ πρόςεστιν· παρ᾽ Ὁμήρῳ· αἰδομένων δ᾽ ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται (Il. ε, 531. ο, 563.). Cfr. Ant. 675 sq.

ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται παρῇ,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν.
ἀλλ' ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον,
καὶ μὴ δοκῶμεν δρῶντες ἂν ἡδώμεθα
οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἂν λυπώμεθα.
ἕρπει παραλλὰξ ταῦτα. πρόσθεν οὗτος ἦν
αἴθων ὑβριστής, νῦν δ' ἐγὼ μέγ' αὖ φρονῶ.
καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως
μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.

ΧΟΡΟΣ.

Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφὰς
εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.

V. 1054. παρῇ ex optimis codd. restitui. Vulgo πάρα.
V. 1074. Codex Heidelb. ἤγαγ', cuiusmodi quid Elmsleio re-

V. 1054 sq. ὅπου — ταύτην τὴν πόλιν] Sic Philoct. 456 sqq. ὅπου θ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὠ δειλὸς κρατεῖ, τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ. Utroque enim in loco adverbium ὅπου oppositum substantivo est. Simillime Herod. VI, 133 οἱ δὲ, ὅκως διαφυλάξουσι τὴν πόλιν, τοῦτο ἐμηχανῶντο, ἄλλα τε ἐπιφραζόμενοι καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου. De coniunctivo παρῇ alibi iam monitum est. Eodem modo Euripides El. 978 ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ.

V. 1055 sq. νόμιζε — πεσεῖν] Puta — cecidisse. Sic autem Graeci dicere consueverunt, ubi nos diceremus: puta cadere solere. Locutionis ἐξ οὐρίων et ἐξ οὐρίας δραμεῖν, θεῖν, φέρεσθαι et sim. exempla complura ad hunc locum attulit Lobeckius. Idem commode adscripsit adnotationem Scholiastae Aristoph. Vesp. 59 ἀεὶ οἱ ποιηταὶ τὰς πόλεις πλοίοις παραβάλλουσι καὶ Σοφοκλῆς. Cfr. O. R. 23 sq. Ant. 163. 994.

V. 1256. λαχών τε κἀκέλευστος] Id est, ut explicat Scholiastes recentior, κληρωθεὶς καὶ αὐθόρμητος. Cfr. Hom. Il. η, 92 sqq. et 171 — 190.

V. 1257 sq. οὐ δραπέτην — βῶλον] Notum est ex Hom. Il. η, 171 — 190., fuisse hanc veterum Graecorum consuetudinem, ut, si qui inter se sortirentur de aliqua re, suam quisque sortem, aliqua nota insignitam, in galeam vel urnam sive situlam coniiceret, nunc plenam aqua nunc vacuam. Ex qua concussa cuius prima prosiluerat sors, ei id obtigit, de quo sortiebantur. Itaque si quis sortiendi necessitatem defugere honeste non potuit, ac tamen suam nolebat primam prodire sortem, talem deiicere in situlam solebat, quae propter materiam, ex qua composita esset, non prodiret facile, sed in fundo situlae haereret, a Sophocle commode δραπέτην κλῆρον dictam. Cfr. Salmasius ad Plauti Casin. II, 6, 22. Ea fraude facile quivis intelligat tecte hic a Teucro Agamemnonem argui usum esse in sortitione illa, de qua Homerus l. l. exposuit. Primus tamen commisisse fraudem illam, quamvis aliud moliens, Cresphontes vulgo existimatus est, quam ob causam anachronismi εὐμεθόδου Sophocles ab Eustathio p. 361, 26. (273, 42.) accusatus est. Quum enim, narrante Apollodoro (II, 8, 4.), in divisione Peloponnesi Cresphontes, Temenus, et filii Aristodemi, qui pro uno erant, Argos, Lacedaemonem, et Messenen sortirentur ea lege, ut, cuius sors prima excidisset, ei Argos, cuius secunda, ei Lacedaemon, cuius tertia, ei Messene obtingeret: Cresphontes, qui Messenae obtinendae cupidissimus esset, quum ceteri lapillos in situlam aqua repletam demisissent, glebam coniecit, qua soluta fieri non posset, quin, quam vellet civitatem, Messenen sortiretur. Paullo aliter haec narravit Pausanias IV, 3,

δύστηνε, ποῖ βλέπων ποτ' αὐτὰ καὶ θροεῖς;
οὐκ οἶσθα, σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὔφυ πατὴρ
ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα;
Ἀτρέα δ', ὃς αὖ σ' ἔσπειρε, δυσσεβέστατον,
προθέντ' ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων;
αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ

3. Cfr. Salmasius ad Plaut. Cas. II, 6, 46. Scholiastes ad hunc locum: *οὐδὲν πανουργήσας περὶ τὸν κλῆρον, ἀλλ' εὐξάμενος λαχεῖν αὐτόν. τοῦτο δὲ ἱστορεῖται περὶ Κρεσφόντου· καὶ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, ὅτι πανούργως ὁ Κρεσφόντης βῶλον ὑγρὰν εἰς τὴν ὑδρίαν τοῦ ὕδατος ἔβαλε κληρουμένων περὶ Μεσσήνης. Οὐκ ἄτοπον δὲ τὸν Τεῦκρον λοιδορεῖν Ἀγαμέμνονι, ὑπὸ τοῦ πάθους προσαγόμενον· καὶ γὰρ Ἀχιλλεὺς οὐκ ἀπέσχετο λοιδορίας, καὶ οὐκ ὢν ἐν τοιούτῳ πάθει* (Il. α, 122. 149. 225.).

V. 1258 sq. *ὃς εὐλόφου — κουφιεῖν*] Hom. Il. η, 182 *ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί, Αἴαντος.* De locutione *ἅλμα κουφίζειν*, quae significat saltum facere sive salire, in censura ed. Lob. sec. ad v. 42. dixi. Cfr. Eur. Suppl. 1047 *δύστηνον αἰώρημα κουφίζω.* El. 860 *οὐράνιον πήδημα κουφίζουσα.*

V. 1260. *ἐγὼ παρών*] Confer Hom. Il. ο, 430 sqq. θ, 266 sqq. alibi.

V. 1261. *ὁ δοῦλος, οὐκ etc.*] Ex sententia Agamemnonis dictum. Cfr. v 1235. 1259.

V. 1262. *δύστηνε*] Simili sensu positum, quo supra v. 1129 *ἄνολβος.* Tum *ποῖ βλέπων* idem significat atque *πῶς βλέπων*, de quo ad Phil. 110. diximus. Denique de addita *καὶ* particula ad Ant. 766. egimus.

V. 1264. *Πέλοπα — Φρύγα*] Ut Sophocles ita Herodotus VII, 11. non Lydium sed Phrygem facit Pelopem. Vide quae ad Ant. 816 sq. adnotavimus et Markland. ad Maximum XXXVI, 1. p. 179.

V. 1266. *ἀδελφῷ*] Thyestae. Hinc ille apud Senecam Ag. 27. viscera, inquit, exedi mea. Cuius filiis quae nomina fuerint, inquisivit Muncker ad Hygin. fab. 88.

V. 1267. *μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης*] Cressa proprium est et usitatum Aeropes cognomen; vide Burmann. ad Ovid. Trist. II, 391. A Teucro tamen contumeliose ita dicitur ob communem Cretensium infamiam; vide Dorvill. ad Charit. p. 332. Plato comicus apud Schol. Aristoph. Ad. 798. *τὸν μαινόμενον, τὸν Κρῆτα, τὸν μόγις Ἀττικόν.* Menelaus ipse propter coniugium cum Aerope initum *ἡμίκρης* vocatur Lycophr. 150. LOB. Adde Apollod. III, 2, 2. et Schol. Eur. Orest. 800. ed. Matth.

V. 1267 sqq. *ἐφ' ᾗ — διαφθοράν*] Non potest fieri, ut, quod Bothius vult, verbi *ἐφῆκεν* obiectum *ἐπακτὸν ἄνδρα* esse, adulterque in mare praecipitatus dici existimetur. Quae interpretatio quamvis a ratione grammatica commendari videatur, tamen propterea probari nequit, quod adulterum illum in mare proiectum esse nemo veterum scriptorum tradidit, qui constanter Aeropen affectam illa poena esse aut certe in eo fuisse ut afficeretur, memoriae prodiderunt. Contra quos Se-

λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας πατὴρ
ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν,
τοιοῦτος ὢν τοιῷδ' ὀνειδίζεις σποράν;
ὃς ἐκ πατρὸς μέν εἰμι Τελαμῶνος γεγώς,
ὅςτις στρατοῦ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας ἐμὴν
ἴσχει ξύνευνον μητέρ', ἣ φύσει μὲν ἦν
βασίλεια, Λαομέδοντος, ἔκκριτον δέ νιν

V. 1270. Non debebat Hermannus ex Mosq. b. τοιάνδ' pro vulgato τοιῷδ' recipere.
V. 1275. Brunckius δώρημ' ἐκείνῳ. Sic Trach. 603.

phoclem hic id malum adultero illatum dixisse, eo incredibilius est, quo magis alienum ab hoc loco fuit, quid adultero accidisset, narrare. Id unum enim hic agitur, ut, quae conditio parentum Agamemnonis eiusque maiorum fuerit, exponatur. Itaque certum est verbi ἐφῆκεν obiectum Aeropen esse. Neque tamen eam famam secutus hic Sophocles iudicari potest, quam Euripidem in fabula Κρῆσσαι dicta secutum esse Scholiastes monuit, qui ad verba ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθύσιν haec adnotavit: ἡ ἱστορία ἐν ταῖς Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν λάθρα ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν, ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐνηγγύησε Πλεισθένει. Etenim si verbis ὁ φιτύσας πατήρ, ut visum editoribus est, pater Aeropes, Catreus, significari, et, quod necessario inde sequitur, Aerope virgo quum vitium pateretur deprehensa a patre esse putatur (nam si nupta iam flagitium, cuius a poeta insimulatur, commisisse statuitur, non potest ullo modo deprehensa in eo a patre esse, quem mansisse adeo in Creta post filiae nuptias certum sit), nemo unquam intelligat, quomodo, quod poeta posuit, Atreo nubere potuerit, quae propter ipsum illud dedecus in mare praecipitata esse dicatur. Neque enim verba ἐφῆκεν — διαφθοράν ita interpretari licet, ut Aeropen immissam quidem undis, sed ex iis rursus servatam Atreo in coniugium datam esse existimemus. Accedit, quod verba ἐπακτὸν ἄνδρα de famulo Catrei, qui filiae eius vitium obtulerit, vix possunt dicta statui. Itaque non dubium est, quin verbis ὁ φιτύσας πατήρ pater Agamemnonis, Atreus, significatus sit, atque hoc dicat poeta, Aeropen ab Atreo marito, natis iam Agamemnone et Menelao, quum in adulterio deprehensa esset, in mare praecipitatam esse. Adulterum autem puta Thyesten fuisse. Mecum facit Schol. Eur. Or. 800. ed. Matth. haec scribens: Ἀτρεὺς τὴν γυναῖκα Ἀερόπην τιμωρεῖται, ὅτι ἐμοιχεύετο Θυέστῃ, ῥίψας αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν, ὥς φησὶ Σοφοκλῆς. Addo Schol. Libanii T. IV. p. 65. Ἀερόπην τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος μητέρα ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Ἀτρεὺς μοιχευομένην λαβὼν τῷ Θυέστῃ εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε. Adverte autem perapte iam poetam his quinque versibus (1265 — 1269) id quoque narrare, quam vindictam Atreus et a Thyesta fratre et ab Aerope uxore propter adulterium sumpserit. Cfr. Schol. Eur. Or.

δώρημα κείνῳ 'δωκεν Ἀλκμήνης γόνος.
ἆρ' ὧδ' ἄριστος ἐξ ἀριστέων δυοῖν
βλαστὼν ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος;
οὓς νῦν σὺ τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους
ὠθεῖς ἀθάπτους, οὐδ' ἐπαισχύνει λέγων;
εὖ νυν τόδ' ἴσθι, τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που,
βαλεῖτε χἠμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους.

V. 1276. ἀριστέων ex La restitui, in quo est a prima manu positum. Vulgo ἀριστέοιν.

l. l. — Denique locutionis ὁ φιτύσας πατὴρ exempla similia ad El. 334 sq. attuli.

V. 1268. Schol.: ἐπακτὸν ἄνδρα· τὸν μοιχόν.

V. 1269. Schol.: ἐλλοῖς· τοῖς ἀφώνοις.

V. 1272 sqq. ὅςτις — Ἀλκμήνης γόνος] Confer quae ad v. 427. exposita sunt.

Ibid. ἐμὴν ἴσχει — μητέρ'] Recte admonuit Neuius aliter converti formam loquendi atque exspectare deberent auditores praegressis verbis ἐκ πατρὸς μὲν etc. coll. O. C. 1285 sqq. et El. 44.

V. 1276. ἄριστος ἐξ ἀριστέων] Multo melius est, quod libri habent ἄριστος, quam quod Porsonus ad Med. 5. restituendum putavit, ἀριστεύς. Tum enim et parentibus nobilissimis natum se Teucer diceret et ipsum esse nobilissimum; nunc tantum, quod natus sit parentibus nobilissimis, ipsum genere malum sive ignobilem se esse negat. Ceterum pluralis ἀριστέων cum duali δυοῖν coniuncti exempla plurima ad hunc locum attulit Lobeckius.

V. 1277. Schol.: τοὺς πρὸς αἵματος· τοὺς συγγενεῖς. Sic El. 1125 ἀλλ' ἢ φίλων τις ἢ πρὸς αἵματος. Dicit autem Teucer unum Aiacem. Vide ad O. R. 361 ed. meae.

V. 1278. Schol. rec.: τοιοῖςδ' ἐν πόνοισι· τοιαύταις ἐν συμφοραῖς.

V. 1279. οὐδ' — λέγων] Interpretatur Hermannus: nec pudet te id profiteri. At nimis friget haec sententia, quam ut eam a Sophocle positam iudicem. Nec tamen quod magis conveniat, adhuc repperi.

V. 1280. εἰ βαλεῖτε] Idem hic βάλλειν significat atque ὠθεῖν v. 1279. positum. Hinc infra v. 1333. ἄθαπτον βαλεῖν dixit.

V. 1281. Schol. rec.: βαλεῖτε χἠμᾶς· ἑαυτὸν λέγει καὶ τὴν Τέκμησσαν καὶ τὸν Εὐρυσάκην. Praeterea tenendum est Teucrum, quum dicat, βαλεῖτε χἠμᾶς, nos etiam proiicietis, hoc simul ostendere, fore, ut ad pugnam cum Atridis ineundam cogatur. Nunquam enim se commissurum, ut Aiacis corpus proiiceretur, sed potius vim vi repulsurum esse, saepius iam libere professus erat. Atque huius quidem sententiae, quam contineri verbis βαλεῖτε χἠμᾶς dixi, rationem reddit sequentibus, ἐπεὶ καλόν μοι etc. In quibus, quamvis praegressis verbis ἡμᾶς τρεῖς, tamen ὑπερπονουμένῳ μοι dicere debebat, quum Tecmessa et filius Aiacis profecto manus conserere cum Agamemnone et Menelao non possent. Itaque toto membro, τοῦτον εἰ — συγκειμένους, hoc di-

ἐπεὶ καλόν μοι τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ
θανεῖν προδήλως μᾶλλον ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
γυναικός, ἢ τοῦ σοῦ αὐθομαίμονος λέγω.
πρὸς ταῦθ' ὅρα μὴ τοὐμόν, ἀλλὰ καὶ τὸ σόν.
ὡς εἴ με πημανεῖς τι, βουλήσει ποτὲ
καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.

ΧΟΡΟΣ.

ἄναξ 'Οδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθώς,
εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί δ' ἔστιν, ἄνδρες; τηλόθεν γὰρ ᾐσθόμην
βοὴν 'Ατρειδῶν τῷδ' ἐπ' ἀλκίμῳ νεκρῷ.

V. 1284. σοῦ αὐθομαίμονος ex Doederlini coniectura ad O. C. p. 517. proposita scripsi, quamvis fatear, cuius craseos exempla ille attulerit, ab hoc genere valde diversa esse. Sed malui restituere quod sensui accommodatum esset, quam ineptam retinere.

cit: si quam Aiaci inferetis iniuriam mortuo, nobis tribus illatam putabo et ulciscar.

V. 1283 sq. τῆς σῆς — λέγω] Recte Doederlinus de brachyl. p. 16 sq., λέγω, inquit, non coniunctivus est, quem Hermannus esse putat, sed verbum primarium, cum ἐπεὶ καλόν μοι scil. εἶναι struendum, et τῆς σῆς γυναικός Helenam Teucer non ira commotus vel memoriae lapsu dicit, sed eodem sensu quo Theseus O. C. 1017. Oedipi filias τὰς παῖδας ἡμῶν vocat: pro illa muliercula, cuius tu causam tueris.

V. 1286. βουλήσει — θρασύς] Sensus hic est: poenitebit te tuae in me ferociae, cedendoque timiditatis crimen contrahere, quam resistendo mortem parare tibi malueris. Quibus verbis ostendit, quousque in iniuria, si qua affectus sit, ulciscenda progressurus sit. De locutione θρασὺν εἶναι ἔν τινι ad v. 1065. dixi.

V. 1288. Schol.: ἄναξ 'Οδυσσεῦ· ἵνα μὴ εἴη αὐτῶν εἰς μακρὰν ἡ φιλονεικία, διαλλακτὴν εἰςήνεγκε τὸν 'Οδυσσέα· τοιοῦτον γὰρ ὁ καιρὸς ἐζήτει· εἰςῆκται δὲ 'Οδυσσεὺς ὡς σοφὸς καὶ ἀμνησίκακος. De accusativo καιρόν confer v. 34.

V. 1289. εἰ μὴ — πάρει] Dupliciter errarunt editores in explicando hoc versu, primum, quod εἰ μὴ interpretati sunt: si non, μὴ particulam cum uno verbo ξυνάψων coniungentes et ἀλλὰ particulae oppositam esse statuentes, quo sensu οὐ particula poni debebat; deinde, quod accusativum alii alium ad verba ξυνάπτειν et συλλύειν intelligendum putarunt, veluti τὸ νεῖκος, τὴν ἀρχήν, τοὺς 'Ατρείδας καὶ

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους,
ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ποίους; ἐγὼ γὰρ ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω,
κλύοντι φλαῦρα, συμβαλεῖν ἔπη κακά.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἤκουσεν αἰσχρά· δρῶν γὰρ ἦν τοιαῦτά με.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τί γάρ σ' ἔδρασεν, ὥστε καὶ βλάβην ἔχειν;

nere codicum scripturam, σοῦ θ' ὁμαίμονος. Neque vero illud scriptum esse a Sophocle potest, quod posuit Hermannus, σοῦ γ' ὁμαίμονος. Alienissima enim ab hoc loco γὲ particula est. Ceterum Hermannus post λέγω interrogandi signum posuit.

τὸν Τεῦκρον. Atqui integra est locutio συνάπτειν ἢ συλλύειν, eaque proverbialis, significans: implicare aut solvere. Cfr. Ant. 39. et 1317 ed. m. cum adnotationibus meis. Similiter Latini dixerunt, ut Seneca Epist. 22 quod male implicuisti, solvas potius quam abrumpas. Facile autem intelligitur rem implicare (nobis die Sache böse machen) esse hoc loco, facere, ut ex rixa oriatur pugna, contra solvere rem (die Sache gut machen) esse dirimere vel componere rixam. Itaque sensus loci hic est: opportune scito te advenisse, nisi ades accensurus rixam, sed (si ades) compositurus.

V. 1291. Schol.; βοὴν Ἀτρειδῶν· οὐκ ἐξ ἑτοίμου φησίν, ὅτι ἤκοι ἀναστέλλων τὸν Ἀγαμέμνονα, ἀλλ' ἐπιμελόμενος, τί πράττουσιν οἱ βασιλεῖς· τὴν δὲ ἑαυτοῦ γνώμην ἐδήλωσεν διὰ τοῦ ἀλκίμῳ νεκρῷ, ὅτι γενναίαν αὐτοῦ ἐδήλωσε τὴν τελευτήν. διδάσκει δὲ ὁ λόγος, ὅτι οὐ δεῖ κατὰ τεθνεώτων λέγειν, κἂν ἐχθροὶ ὦσιν.

V. 1292. κλύοντές ἐσμεν] Sic v. 1296. 1302 ed. m. Confer quae ad Phil. 1191. adnotavimus. De locutione αἰσχίστους λόγους κλύειν ὑπό τινος ad v. 1207 dixi.

V. 1294. ποίους] Recte Neuius, quando sic, inquit, interrogando irridetur res aliqua, tanquam quae plane non sit, vel certe nullius sit momenti, plerumque ex alterius oratione repetitum illud vocabulum cum ποῖος coniungitur, coll. Heindorf. ad Plat. Charm. 47. Reisig. Coniect. p. 74.

V. 1297. ὥστε καὶ] De καὶ particula ad Ant. 720. admonui.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὔ φησ᾽ ἐάσειν τόνδε τὸν νεκρὸν ταφῆς
ἄμοιρον, ἀλλὰ πρὸς βίαν θάψειν ἐμοῦ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔξεστιν οὖν εἰπόντι τἀληθῆ φίλῳ,
σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἴπ᾽· ἦ γὰρ εἴην οὐκ ἂν εὖ φρονῶν, ἐπεὶ
φίλον σ᾽ ἐγὼ μέγιστον Ἀργείων νέμω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄκουέ νυν. τὸν ἄνδρα τόνδε, πρὸς θεῶν,
μὴ τλῆς ἄθαπτον ὧδ᾽ ἀναλγήτως βαλεῖν·
μηδ᾽ ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω
τοσόνδε μισεῖν, ὥςτε τὴν δίκην πατεῖν.
κἀμοὶ γὰρ ἦν ποθ᾽ οὗτος ἔχθιστος στρατοῦ,
ἐξ οὗ 'κράτησα τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων,
ἀλλ᾽ αὐτὸν ἔμπας ὄντ᾽ ἐγὼ τοιόνδ᾽ ἐμοὶ

V. 1301. ξυνηρετεῖν ex Lobeckii coniectura scripsi. Libri ξυνηρετμεῖν et ξυνηρεμεῖν. Nusquam autem quod vulgo positum ξυνηρετμεῖν usurpatum reperitur.

V. 1311. Locus corruptus est, quum ἂν particula produci nequeat. Ineptum autem, quod Brunckius ex paucis nec bonis codd.

V. 1299. πρὸς βίαν — ἐμοῦ] Vide ad O. C. 656 ed. meae.

V. 1301. ξυνηρετεῖν] Apte Lobeckius adscripsit ex Hesychio: ξυνηρετήσεις· συνοίσει, συζυγήσεις. et ex Photio: ξυνηρέτης· σύμφωνος, ὡς ἐναντίος ἀντηρέτης. Similiter Scholiastes ad hunc locum hac utitur interpretatione: συμφωνεῖν.

V. 1306. Schol.: μηδ᾽ ἡ βία σε μηδαμῶς· μὴ ἡ ἐξουσία βιασάσθω σε, ὥςτε πρᾶξαί τι παρὰ τὸ δίκαιον· τουτέστι, μὴ ὑπὲρ τοῦ ἐνδείξασθαι τούτῳ τὴν ἐξουσίαν παραβῇς τὸ δίκαιον.

V. 1312. ἕν᾽ — ἄριστον] De εἷς cum superlativo iuncto vide Matth. §. 461.

V. 1312 sq. ἕν᾽ — Ἀχιλλέως] Communis omnium Graecorum opinio haec fuit, Aiacem secundum Achillem praestantissimum ducem fuisse. Cfr. fab. Ai. not. 8.

V. 1315 sq. οὐ γάρ τι — φθείροις] Confirmat his verbis Ulixes ea, quae supra Teucer v. 1102, et 1104 ed. meae posuit.

V. 1316 sq. ἄνδρα δ᾽ — κυρῇς] Cum emphasi positum nomen ἄνδρα, ita ut virum

οὐκ ἂν ἀτιμάσαιμ' ἄν, ὥςτε μὴ λέγειν
ἕν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι
Τροίαν ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλλέως.
ὥςτ' οὐκ ἂν ἐνδίκως γ' ἀτιμάζοιτό σοι.
οὐ γάρ τι τοῦτον, ἀλλὰ τοὺς θεῶν νόμους
φθείροις ἄν. ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνῃ,
βλάπτειν τὸν ἐσθλόν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔγωγ'· ἐμίσουν δ', ἡνίκ' ἦν μισεῖν καλόν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐ γὰρ θανόντι καὶ προςεμβῆναί σε χρή;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μὴ χαῖρ', Ἀτρείδη, κέρδεσιν τοῖς μὴ καλοῖς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν οὐ ῥᾴδιον.

rescripsit οὔκουν. Non magis probo Triclinianum οὐκ ἄν γ'. Contra placet Bothii coniectura, poetam οὐκ ἀντατιμάσαιμ' ἂν scripsisse suspicantis.

V. 1316. θάνῃ ex mea coniectura scripsi. Inepte vulgo θάνοι. Cfr. v. 513 ed. meae.

honestum significet. Vide ad v. 512. et ad 1335. Honestatis autem notionem quia urgeri maxime poeta voluit, addidit verba τὸν ἐσθλόν. Itaque hoc dicit: virum eum, qui honestus sit, post mortem violare, ne si oderis quidem, fas est. Cfr. v. 1327 ed. meae. De coniunctivo θάνῃ ad v. 513. diximus.

V. 1318. ταῦτ' — ὑπερμαχεῖς] Vide quae de hac locutione ad O. R. 259 sq. adnotavi.

V. 1320. προςεμβῆναι] Verba ἐμβαίνειν, ἐπεμβαίνειν, προςεμβαίνειν de iniuria dici solent, quae afflictis et deiectis additur, ut El. 835. Isidorus Pelus. L. III. Ep. 347. παλαιὸς λόγος διαγορεύει μὴ ἐπεμβαίνειν τοῖς πεπτωκόσιν. Hinc τοῖς δυςτυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν in fragm. Alexandri Polyh. apud Euseb. Praepar. ev. L. IX. c. 17. Adde Eur. Hipp. 668. WESS. Ceterum καί particula non ad προςεμβῆναι, sed ad θανόντι referenda est. Vide quae ad Ant. 280. adnotavimus.

V. 1322. τόν τοι — οὐ ῥᾴδιον] Ut Creon Polynicem (Ant. 198 — 210.), ita Aga-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀλλ' οὐ λέγουσι τοῖς φίλοις τιμὰς νέμειν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

παῦσαι· κρατεῖς τοι, τῶν φίλων νικώμενος.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μέμνησ', ὁποίῳ φωτὶ τὴν χάριν δίδως.

V. 1322. Libri partim ἡ ἀρετή, partim ἡ 'ρετή, partim ἀρετή. ... Agamemno Aiacem mortuum etiam castigandum arbitratus, quod vivus merita poena non potuisset affici, ab Ulixe autem admonitus, quae sola exigi ab Aiace poena posset, eam cum legibus divinis pugnare, necessario eo adductus est, ut, quum decedere de sententia nolit, fateatur, non ubique regi, qui severo uti imperio velit, quid legibus divinis conveniat, ponderare licere. Cfr. Ant. 743 sqq. *ΑΙΜ. οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ. ΚΡ. ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων; ΑΙΜ. οὐ γὰρ σέβεις, τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.* et lege, quae Tiresias Creonti responderit v. 1072 sqq. Eustathius p. 1514, 25. (Od. 193, 48.) hunc locum sic interpretatus est: *οὐ ῥᾴδιον ἀεὶ δικαιοπραγεῖν, ὡς πᾶσιν ἀρέσκειν, καὶ, ὡς εἰπεῖν, σεβαστὸν εἶναι.* Ceterum illud recte monitum a Brunckio est, quum Atheniensibus, libertatis studiosissimis, odio esset regnum, quavis oblata occasione poetas tragicos eiusmodi posuisse sententias, quibus regiam potestatem in invidiam vocarent.

V. 1323. Schol.: *ἀλλ' οὐ λέγουσι·* κατὰ κοινοῦ τὸ ῥᾴδιον. ἔστιν οὖν ὁ νοῦς τοιοῦτος· ἀλλὰ ῥᾴδιόν ἐστι τοῖς καλῶς συμβουλεύουσι φίλοις τιμὰς νέμειν, ἀντὶ τοῦ ἐμοὶ καλῶς σοι συμβουλεύοντι τιμὴν ἀπόδος, τουτέστιν ἄκουσόν μου.

V. 1324. Schol.: *κλύειν τὸν ἐσθλόν·* ἄκρως αἱ ἀντιθέσεις· ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς ἐπὶ τιμῇ τῶν φίλων ὑφεῖναι τὸν βασιλέα τῆς ἐξουσίας παρακαλεῖ, ὁ δὲ ἀντιστρέψας φησίν, ὅτι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα χρὴ πείθεσθαι τοῖς βασιλεῦσιν. De locutione *οἱ ἐν τέλει* ad Phil. 383. diximus.

V. 1325. *παῦσαι*] Apte Lobeckius contra eos, qui *παῦσαι* minus reverenter ab Ulixe ad regem dictum esse putarunt, attulit O. R. 630., ubi Chorus Creontis et Oedipi altercationes interpellat ita: *παύσασθ', ἄνακτες,* et Eur. Androm. 692 *παύσασθον ἤδη.* Idem de sequentibus adscripsit Aristid. T. I. 356 *δεῖ τῶν μὲν πολεμίων πάντως ἐθέλειν κρατεῖν, τῶν δὲ ἐπιτηδείων ἡττᾶσθαι. μεστὴ δὲ ἡ τραγῳδία ταῦτα παραινούντων· κρατεῖς τοι τῶν φίλων ἡττώμενος.* De verbo *νικᾶσθαι* cum genitivo iuncto vide 322. et 1329 ed. meae.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
οὐδ' ἐχθρὸς ἀνήρ, ἀλλὰ γενναῖός ποτ' ἦν.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
τί ποτε ποιήσεις; ἐχθρὸν ὧδ' αἰδεῖ νέκυν;
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
νικᾷ γὰρ ἀρετή με τῆς ἔχθρας πολύ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
τοιοίδε μέντοι φῶτες ἔμπληκτοι βροτῶν.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ἦ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι, καὖθις πικροί.

τῇ. Hermannus ἡ ἀρετὴ scripsit.

V. 1328. τί ποτε — νέκυν] Quid tandem facies, qui hostem adeo revereare mortuum? Quibus verbis hoc dicit: qualis tu eris in vivos hostes, qui tanta reverentia prosequare hostem mortuum? i. e. quantopere tu parces hostibus vivis, qui tantam adversus hostem mortuum reverentiam adhibeas?

V. 1329. νικᾷ — πολύ] Vehementer falluntur qui cum Eustathio p. 842, 11 πολύ pro πλέον positum esse existimant. Nam ut verbum ἡττᾶσθαι cum genitivo iungitur, quod comparativi notionem inclusam habet, ita ut ἡττῶμαι σοῦ idem sit atque ἥττων εἰμὶ σοῦ sive ἢ σύ, eandemque ob causam νικᾶσθαι genitivum asciscere solet, ita ἡ ἀρετὴ πολὺ νικᾷ τῆς ἔχθρας, idem significat atque ἡ ἀρετὴ πολὺ κρείττων ἐστὶ τῆς ἔχθρας, nisi quod verbo νικᾷ simul accusativus eius, qui superari dicitur addi potest, ut est additus a Sophocle, qui addi non potuit, si πολὺ κρείττων ἐστὶ positum esset. Itaque sensus loci hic est: revereor corpus Aiacis mortui, quod virtus, qua ille vivus eminuit, plus apud me valet, quam odium, quo eum persecutus sum, quum in vivis erat. Quo significat virtute, qua praestiterit Aiax, adductum se esse, ut odium, quo in illum fuerit, post mortem eius deponeret. Cfr. v. 1349.

V. 1330. Schol.: ἔμπληκτοι βροτῶν· κοῦφοι, εὐμετάβολοι· ὀνειδίζει δὲ Ὀδυσσεῖ, ὡς εὐμεταβόλῳ. οἱ τοιοῦτοι οὖν ἔμπληκτοι παρὰ τοῖς βροτοῖς λέγονται, ὡς καὶ Ὅμηρος (Od. υ, 142.)· ἐμπλήγδην ἕτερον μὲν τίει βροτόν. Sunt ergo ἔμπληκτοι mobiles sive inconstantes. Similia exempla eius usus ad hunc locum attulit Lobeckius. De addito genitivo βροτῶν ad O. C. 276 sq. diximus.

V. 1331. ἦ κάρτα — πικροί] Ulixes quum dicit multos aetate sua esse, qui ex amicis inimici fiant, hoc videtur simul significare, ut illis inconstantia illa iure vitio vertatur, ita sibi laudi et honori fore, quod deposita simultate in gratiam cum inimico redeat. De ἦ κάρτα ad Trach. 376. diximus.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τοιούςδ' ἐπαινεῖς δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

σκληρὰν ἐπαινεῖν οὐ φιλῶ ψυχὴν ἐγώ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἡμᾶς σὺ δειλοὺς τῇδε θἠμέρᾳ φανεῖς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄνδρας μὲν οὖν Ἕλλησι πᾶσιν ἐνδίκους.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἄνωγας οὖν με τὸν νεκρὸν θάπτειν ἐᾶν;

V. 1336. βροτῶν optimorum codicum auctoritate nititur. In ceteris legitur βροτοῖς, quod Brunckius et Hermannus receperunt.

V. 1332. τοιούςδ' ἐπαινεῖς — φίλους] Infinitivus κτᾶσθαι eadem ratione additus hic est, qua verbum λαβεῖν Ant. 437 ed. meae aliisque in locis, quos ibi attuli. Itaque hoc dicit: τοιούςδε σὺ ἡγοῦ φίλους ἀγαθοὺς εἶναι ὥςτε κτᾶσθαι; Inconstantes dicere Agamemnonem nemo non sua sponte intelliget.

V. 1333. σκληρὰν — ἐγώ] Inconstantesne habere amicos cupiat, interroganti Agamemnoni ita respondet Ulixes, ut eam hominum constantiam laudandam esse neget, qua prohibeantur, quominus laesi unquam placari se patiantur.

V. 1334. δειλοὺς — φανεῖς] In timiditatis crimen se incursurum Agamemno putabat, si Teucri minis adductus videretur, ut Aiacem secus quam modo edixerat sepeliri permitteret. De τῇδε θἠμέρᾳ ad v. 737. dictum est.

V. 1335. ἄνδρας μὲν — ἐνδίκους] Adverte nomen ἄνδρας in initio versus positum esse, quia oppositum adiectivo δειλούς sit, ita ut non viri tantum, sed viri fortis significationem habeat. Vide quae ad v. 512. adnotavi. Neque in eo haerendum, quod additum praeterea adiectivum ἐνδίκους. Eadem ratio est v. 1316 sq. Denique de dativo ad v. 1254. dixi.

V. 1336. ἄνωγας — ἐᾶν] Exspectaverit quis passivum θάπτεσθαι. Verum solent Graeci post verba iubendi et sinendi, quamvis non appositum nomen eius sit, cui quid praecipitur aut conceditur, tamen infinitivum activi ponere. Vide ad O. C. 588 ed. meae.

V. 1337. Schol.: καὶ γὰρ αὐτός· καὶ γὰρ αὐτὸς ὑπόκειμαι τῇ ὁμοίᾳ τύχῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ· ἢ καὶ αὐτὸς ἥξομαι πρὸς τὸ θάψαι αὐτόν. Falsissima et a sensu loci alienissima prior interpretatio est, quamvis ab omnibus, quod sciam, editoribus probata. Nam etsi non nego, locutionis ἐνθάδ' ἥξομαι per se spectatae duplicem sensum esse posse, ita ut aut hoc

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔγωγε. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνθάδ' ἵξομαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἦ πάνθ' ὁμοῖα πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σὸν ἆρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται.

V. 1340. Porsonus *σόν γ' ἆρα* scribendum putavit propter nonnullorum codicum scripturam, *σὸν γὰρ ἆρα.*

patiar (vide ad Phil. 375 ed. m.), aut hoc agam significet, tamen e nexu loci apparet hic quidem posteriore tantum sensu eam locutionem positam esse posse. Interrogaverat Agamemno: ergo cogis me, ut corpus Aiacis sepeliri sinam? Et Ulixes cogere se respondens et cur cogat explicans, si hanc affert causam: nam ipse sepeliar, necessario, id quod ineptissimum est, hoc dicere censendus est: nam meum ipsius corpus sepelietur. Neque enim supprimi potuit, quam suppressam editores statuunt, *ποτέ* particula, si hoc dicere Ulixes voluisset: nam ipse aliquando sepeliar. Ac ne potuit quidem istius modi argumento uti Ulixes, ut persuaderet Agamemnoni sepeliendum Aiacem esse. Noluit enim Aiacem sepeliri Agamemno hanc unam ob causam, quod ante ipsam mortem nefaria ausus summo odio suppliciaque dignus esset; contra Ulixes amicus eius erat. Hunc quod aliquando sepultum iri admonebatur, eo non potuit adduci, ut inimicum gravissimum sepeliri sineret. Itaque certissimum est hoc dicere Ulixem: cogo te; nam ipse eum sepeliam. Cfr. v. 1350 sqq. De locutione *ἐνθάδ' ἵξομαι*, hoc faciam significante, ad O. R. 260. diximus.

V. 1338. Schol.: *ἦ πάνθ' ὁμοῖα· ἔχει τινὰ δυσκολίαν. ἔστι δὲ οὕτως. κοινὸν ἔγκλημα τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις, τὸ εἶναι ἕκαστον φίλαυτον· τοῦτο οὖν ἐγκαλεῖ τῷ Ὀδυσσεῖ ὁ Ἀγαμέμνων, ὅτι εὐδοξίαν σοι ἐργάζεται τὸ ὑπείκειν ταφῆναι τὸν Αἴαντα, οὐδαμῇ τὸ κεχαρισμένον ἑτέρῳ διαπράττεις· καὶ ὁμολογεῖ Ὀδυσσεὺς τὸ φίλαυτον, ἵνα μὴ δόξῃ πᾶσιν ἀντιλέγων. [Εἰς τὸ αὐτό.] ὄντως πάντα τὰ ἀνθρώπινα ὅμοια· πᾶς γὰρ ἄνθρωπος τὴν οἰκείαν πραγματεύεται σωτηρίαν.* Neque haec probo neque recentiorum interpretum explicationes, de quibus in censura ed. Lob. sec. dixi. Neque vero quid Sophocles dixerit, adhuc divinare mihi licuit.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὡς ἂν ποιήσῃς, πανταχῇ χρηστός γ' ἔσει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασ', ὡς ἐγὼ
σοὶ μὲν νέμοιμ' ἂν τῆςδε καὶ μείζω χάριν,
οὗτος δὲ κἀκεῖ κἀνθάδ' ὢν ἔμοιγ' ὁμῶς
ἔχθιστος ἔσται. σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῇς.

ΧΟΡΟΣ.

ὅςτις σ', Ὀδυσσεῦ, μὴ λέγει γνώμῃ σοφὸν
φῦναι τοιοῦτον ὄντα, μῶρός ἐστ' ἀνήρ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ νῦν γε Τεύκρῳ τἀπὸ τοῦδ' ἀγγέλλομαι,

V. 1341. Ex paucis nec bonis codd. Hermannus πανταχοῦ scripsit.

V. 1341. ὡς ἂν ποιήσῃς etc.] Quoquo modo feceris, omni modo bonus certe eris. Quibus verbis hoc dicit Ulixes: sive ipse feceris sive per me fieri passus eris, ut sepeliatur Aiax, quamvis de severitate imperii aliquid remisisse videare, tamen humanitatis certe et pietatis laudem consequere. De πανταχῇ confer Ant. 634 ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

V. 1342 sqq. ἀλλ' εὖ γε μέντοι etc.] Sensus hic est: cedam tibi, sed hoc scito, quanquam tibi quidem etiam maius quam hoc officium praestare paratus sim, illum tamen etiam mortuum summo me odio persecuturum esse. Quibus verbis hoc inculcat spectatoribus, non quo suum in Aiacem animum mutarit, sed ut gratum faciat Ulixi, non intercedere sese, quominus corpus mortui sepeliatur. De sententia convenit ei cum Creonte, qui in Ant. 522 οὔτοι πόθ', inquit, οὐχθρὸς οὐδ' ὅταν θάνῃ φίλος.

V. 1342. ἀλλ' εὖ γε μέντοι] Adscripsit Schaeferus Xenoph. An. I, 4, 8 ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων· ἀλλ' εὖ γε μέντοι ἐπιστάσθωσαν, ὅτι οὔτε ἀποδεδράκασιν — οὔτε ἀποπεφεύγασιν.

V. 1343. τῆςδε — χάριν] Sic O. R. 764 ἄξιος γὰρ φέρειν ἦν τῆςδε καὶ μείζω χάριν.

V. 1345. ἃ χρῇς] Hesychius: χρῇς· θέλεις, χρῄζεις. Cfr. Ant. 874 sq. ed. meae. Ceterum his dictis Agamemnonem scena discessisse puta.

V. 1348. Schol.: καὶ νῦν γε Τεύκρῳ· ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας ἀγγέλλομαι καὶ σημαίνω

ὅσον ποτ' ἐχθρὸς ἦν, τοσόνδ' εἶναι φίλος.
καὶ τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω,
καὶ ξυμπονεῖν, καὶ μηδὲν ἐλλείπειν, ὅσον
χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν πονεῖν βροτούς.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ἄριστ' Ὀδυσσεῦ, πάντ' ἔχω σ' ἐπαινέσαι
λόγοισι· καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ.
τούτῳ γὰρ ὢν ἔχθιστος Ἀργείων ἀνὴρ
μόνος παρέστης χερσίν, οὐδ' ἔτλης παρὼν
θανόντι τῷδε ζῶν ἐφυβρίσαι μέγα,
ὡς ὁ στρατηγὸς οὑπιβρόντητος μολὼν
αὐτός τε χὠ ξύναιμος ἠθελησάτην
λωβητὸν αὐτὸν ἐκβαλεῖν ταφῆς ἄτερ.
τοιγάρ σφ' Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ

V. 1345. χρῆς ex Dindorfii coniectura scripsi. Libri χρή.

αὐτῷ φιλίαν. De locutione τἀπὸ τοῦδε vide Matth. §. 283., de τότε particula quae ad v. 631. adnotavimus.

V. 1350. Schol.: καλῶς τὸ θέλω, εἰ ἐπιτρέποιτε.

V. 1351. καὶ ξυμπονεῖν ὅσον] Coniungenda haec sunt, interpositis verbis καὶ μηδὲν ἐλλείπειν eodem modo, quo supra v. 68 μηδὲ συμφορὰν δέχου.

V. 1352. τοῖς ἀρίστοις — πονεῖν] Dativi cum verbo πονεῖν coniuncti exempla plura ad O. C. 504. attulimus.

V. 1354. καί μ' — πολύ] Et valde fefellisti opinionem meam, id est: longe alium te praestitisti, atque ego te praestiturum te esse putaveram. Vide ad Trach. 703 sq. ed. meae.

V. 1356. Schol. rec.: παρέστης χερσίν· συνεμάχησας ἔργῳ, οὐ λόγῳ. τοῦτο δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν μετὰ σπουδῆς ἐργαζομένων τι.

V. 1357. θανόντι — ζῶν] Apte haec sibi opposita sunt, quum qui vivus, id est viribus praeditus, mortuo, id est inermi, insultat, summum perpetrare scelus existimetur.

V. 1358. Schol.: οὑπιβρόντητος· ὃν εἰώθαμεν λέγειν ἐμβρόντητον.

V. 1361 sq. Ὀλύμπου — Δίκη] Ζεὺς et Δίκη iunguntur etiam Ant. 450 sq. Δίκη autem mortuorum imprimis iura servare putabatur. Cfr. Aesch. fragm. Phryg. 243 καὶ τοῦ θανόντος ἡ Δίκη πράσσει κότον. Soph. El. 475 sqq. et Trach. 808 sq. Quo in loco pariter atque hoc loco una cum Furiis invocatur; de qua re vide Blümneri libellum, inscriptum

μνήμων τ' Ἐρινὺς καὶ τελεσφόρος Δίκη
κακοὺς κακῶς φθείρειαν, ὥςπερ ἤθελον
τὸν ἄνδρα λώβαις ἐκβαλεῖν ἀναξίως.
σὲ δ', ὦ γεραιοῦ σπέρμα Λαέρτου πατρός,
τάφου μὲν ὀκνῶ τοῦδ' ἐπιψαύειν ἐᾶν,
μὴ τῷ θανόντι τοῦτο δυςχερὲς ποιῶ·
τὰ δ' ἄλλα καὶ ξύμπρασσε, κεἴ τινα στρατοῦ
θέλεις κομίζειν, οὐδὲν ἄλγος ἕξομεν.
ἐγὼ δὲ τἄλλα πάντα πορσυνῶ· σὺ δὲ
ἀνὴρ καθ' ἡμᾶς ἐσθλὸς ὢν ἐπίστασο.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀλλ' ἤθελον μέν, εἰ δὲ μή 'στί σοι φίλον,
πράσσειν τάδ' ἡμᾶς, εἶμ' ἐπαινέσας τὸ σόν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ἅλις· ἤδη γὰρ πολὺς ἐκτέταται

V. 1376. ταχύνατε ex aliquot codd. rescripsi. Vulgo ταχύνετε.

V. 1388. Post hunc versum in omnibus codicibus additus hic

Ueber die Idee des Schicksals in den Tragoedien des Aeschylos p. 73. et p. 129. Supra Aiax v. 835 sqq. solas Furias invocavit, ut Atridarum iniurias ulciscerentur.

V. 1362. μνήμων τ' Ἐρινύς] Sic Aesch. Prom. 516 Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες, ad quem locum Scholiastes: μνήμονες Ἐρινύες· αἳ μνημονεύουσαι τῶν παρ' ἀνθρώποις κακῶν καὶ ἀντιδιδοῦσαι. Tum Iustitia appellatur τελεσφόρος, quod nullum scelus inultum patitur esse.

V. 1365 sqq. σὲ δ', ὦ — δυςχερὲς ποιῶ] Defunctorum Manibus invisi putabantur etiam honores ab inimicis oblati; de qua re cfr. El. 431 sqq. Eur. Hec. Fur. 1364. et v. Petit. comment. ad Att. leg. VI. 8. p. 589.

V. 1373. τὸ σόν] Quod tu dicis. Sic v. 99.

V. 1374. Schol.: πιθανὴ ἡ ἔξοδος διὰ τὴν σπουδὴν τῆς ταφῆς· πολὺς οὖν ἤδη χρόνος, ἀφ' οὗ τετελεύτηκεν ὁ Αἴας, καὶ ἤδη δεῖ αὐτὸν ταφῆναι.

V. 1376. Schol.: ταχύνατε· μετὰ σπουδῆς ὀρύξατε. De τοὶ δέ vide Matth. §. 65. not. 3.

V. 1376 sqq. τοὶ δ' ὑψίβατον — ἐπίκαιρον] De re confer Hom. Il. σ, 343 sqq. Iungenda autem verba sunt τρίποδα λουτρῶν ὁσίων (coll. Matth. §. 374. b. Rost. §. 108. II. 6.), quae idem significant atque Homericum (Il. σ, 346.) τρίποδα

χρόνος. ἀλλ' οἱ μὲν κοίλην κάπετον
χερσὶ ταχύνατε, τοὶ δ' ὑψίβατον
τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων
θέσθ' ἐπίκαιρον· μία δ' ἐκ κλισίας
ἀνδρῶν ἴλη τὸν ὑπασπίδιον
κόσμον φερέτω.
παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις,
φιλότητι θιγὼν πλευρὰς ξὺν ἐμοὶ
τάςδ' ἐπικούφιζ'· ἔτι γὰρ θερμαὶ
σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
μένος. ἀλλ' ἄγε πᾶς, φίλος ὅςτις ἀνὴρ
φησὶ παρεῖναι, σούσθω, βάτω,
τῷδ' ἀνδρὶ πονῶν τῷ πάντ' ἀγαθῷ
κοὐδενί πω λῴονι θνητῶν.

reperitur: Αἴαντος, ὅτ' ἦν, τότε φωνῶ. quem spurium esse G. Dindorfius vidit.

λουτροχόον, et ἀμφίπυρον θέσθε, pro quo Homerus l. l. ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι dixit.

V. 1379 sq. τὸν ὑπασπίδιον κόσμον] Quae supra v. 577. una secum humo condi Aiax iusserat, excepto clipeo, quem Eurysaci filio (v. 574 sq.) legavit.

V. 1381 sqq. Schol.: παῖ, σὺ δέ· τραγικὰ καὶ ταῦτα καὶ πάθους ἐχόμενα. De verborum collocatione cfr. El. 147. O. R. 1469. cum nota nostra et Matth. §. 312. 3.

V. 1384. σύριγγες] Venae sive arteriae. Proprium, Wesselingius inquit, vocabulum est in fistula, quod leni translatione ad alia abiit fistulae quodammodo similia, tum ad venas arteriasque significandas. — De tota sententia confer v. 917 sq. Ant. 1238 sq. Hom. Il. χ, 19.

V. 1384 sq. μέλαν μένος] Apte poeta pro nomine sanguinis posuit μένος, quum sanguine robur omne et vis vitae contineatur, ita ut cum eo effundi robur illud iure dici queat. Non dissimiliter dixit Aesch. Ag. 1075 αἱματηρὸν μένος.

V. 1387. τῷ πάντ' ἀγαθῷ] Sic El. 301 ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος. Alia eiusdem generis exempla plurima ex prosaicis scriptoribus ad hunc locum attulit Lobeckius.

V. 1388. κοὐδενὶ — θνητῶν] Singulari attractione usus est, hoc dicens: καὶ οὗ οὐδείς πω θνητῶν λῴων ἦν.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ πολλὰ βροτοῖς ἐστιν ἰδοῦσιν
γνῶναι, πρὶν ἰδεῖν δ', οὐδεὶς μάντις
τῶν μελλόντων, ὅ τι πράξει.

V. 1390 sqq. Schol.: οἰκείως ἔχει τοῖς ἀπαλλαχθήσεσθαι μέλλουσιν ἡ τελευταία γνώμη, ὅτι πλεῖστά ἐστι τοῖς ἀνθρώποις γνῶναι ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων γινομένοις· προμηθείᾳ δὲ ἀδύνατα χρήσασθαι καὶ μαντεύσασθαι, ὅ τι ποτὲ ἀποβήσεσθαι μέλλει. ταῦτα δὲ ἅμα λέγοντες προπέμπουσι τὸν νεκρόν, καὶ γίνεται ἔξοδος πρέπουσα τῷ λειψάνῳ.

V. 1391 sq. οὐδεὶς — μελλόντων] Ant. 1160 καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς. De πράττειν τι ad Ant. 619. monuimus.

METRA

QUIBUS SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

METRA

QUIBUS SOPHOCLES IN HAC FABULA USUS VIDETUR.

Vss. 1 — 133. trimetri iambici.

Vss. 134 — 171. continent sex systemata anapaestica, quae constant dimetris uno interposito monometro.

Vss. 172 — 181.

–́⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ tetram. dactyl.

–́⏑⏑–⏑⏑–, –́⏑–́–, –́⏑–́– } unus versus est, constans dactyl., epitritis, et dactylis.
–́⏑–́–, –́⏑⏑–⏑⏑––

–, –́⏑–́–, –́⏑–́–, –́⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑– duo epitr. cum anacr. et hephth. dact.

–, –́⏑–́–, –́⏑⏑–⏑⏑– iambelegus.
idem.
idem.
–́⏑–́⏑, –́⏑⏑–⏑ epitr. et adonius coll. Herm. El. p. 648 sqq.

Vss. 176. similis versui est Pindarico, qui dicitur. Cfr. Herm. Elem. D. M. p. 652. Idem de iambelego dixit ibid. p. 651 sq.

Vss. 192 — 198.

–́⏑⏑–⏑⏑–, ⏑–́⏑–– penth. dact. et iamb.

–́ – – ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – penth. dact. et dim. iamb. brachyc.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyconeus.

195 huius et seqq. versuum metra dubia sunt.

Vss. 199 — 218 tria continent systemata anapaestica, quae constant dimetris, duobus interpositis monometris.

Vss. 220 — 227.

220 – –́ ⏑ –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – pent. iamb. et dactyli.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. iamb. cat.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – pentam. dact. cat.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – – dim. chor. hyperc.

– –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏑ –́
225 –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏑ –́,
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – –

} unus versus est, incipiens dipodia iamb. et desinens in numerum logaoed., in medio habens chori. et dochmios.

Vs. 220. similis est iambelego, de quo supra ad v. 176. monitum, a quo eo tantum differt, quod pro penth. dact. habet hephthem. dactylicum.

Vss. 228 — 239. et vss. 249 — 254. duo continent systemata anapaestica, quae constant dimetris uno interposito monometro.

Vss. 255 — 339. trimetri iambici sunt, exceptis vss. 325. 328. 331., qui sunt antispastici, hac forma:

– –́ –́ –

Vss. 340 — 344.

340 ⏓ –́ iamb.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ dimet. dochm.

⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ idem.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – tetram. iamb.

–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏓ logaoed. coll. Herm. El. p. 367.

De tetrametro iambico dixi ad Ant. in consp. metr. v. 839. ed. Goth.

Vss. 354 — 356.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ dimet. dochm.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ idem.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓́ idem.

Vss. 357 — 359 et 361. trimetri iambici.

Vs. 360 antispastus est.

Vss. 362 — 366.

–, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑́ – penth. dact. cum anacr. et dim. iamb.

–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – chori. et iamb.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ dim. iamb. cat.

Vs. 367 sq. trimetri iambici.

Vss. 384 — 400.

⏓ –́ iambus.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏓́ dochmius.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ ⏓́ dim. dochm.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓́ dipod. iamb. et dochm.

⏑ –́ ⏑ – ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – iamb. et chori.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, –́ – trim. iamb. cum trochaeo.

–́ ⏑ – ⏑ ⏓ monom. troch. hypercat.

–́ ⏑ – ⏑ ⏓ idem.

⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ –, –́ – chori. et spondeus.

–́ ⏑ – ⏑ – monom. troch. hyperc.

–́ ⏑ – ⏑ ⏓ idem.

–́ ⏑ – ⏑ ⏓ idem.

–́ ⏑ – ⏑ – idem.

–́ ⏑ – ⏑ – idem.

– –́ ⏑ –, ⏓ –́ ⏑ ⏓ dim. iamb.

– –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ ⏑ – ⏓ dim. iamb. hyp. cum adonio.

Vs. 401 sq. trimetri iambici.

Vss. 422 — 588. trimetri iambici.

Vss. 589 — 598.

590 –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́, –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́, –́ – dim. glyc. cum troch.

–, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ logaoed. cum anacr.

⏑ –́ ⏑ –, –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ dipod. iamb. et glyc.

⏑ –́ ⏑ –, –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ – dip. iamb. et glyc. hyperc.

–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏓ chori. cum anacr. et antisp. cll. v. 1164.

595 ⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ – iamb. et chori.

⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ – idem.

–́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, –́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ duo troch., dact., et troch.

⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏓ monom. iamb. hyperc.

Vss. 609 — 617.

– –́ ⏑ –, –́ ⏓, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ qualis v. 592.

610 ⏓ –́ ⏑ –, –́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑, –́ ⏓ qualis v. 593.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ithyphallicus.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ dim. dact.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – – dim. chori. hyp. cum basi.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ – trim. chori. cat. cum basi.

615 –́ –, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ – – idem.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓ phalaec. hend. coll. Herm. El. p. 562 sq.

Vss. 62* — 663. trimetri iambici.

Vss. 674 — 686.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – trim. iamb.

675 metrum dubium.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ dim. glycon.

⏑ –́, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glycon.

679 ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ glyc., pro basi habens bacchium.

680 ⏑ –́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́, –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – – glyc. qualis 679. et phal. hend.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓ logaoedicus.

–́ ⏑́ ⏑ – ⏓, –́ ⏑ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑ – ⏓ duo adonii et ithyph.

⏓, –́ ⏑ ⏑ –, –́ – chori. et spond. cum anacr.

⏓ –́ ⏑ –, –́ ⏑́ ⏑ – ⏑ – – mon. iamb. et logaoed.

Vss. 700 — 846. trimetri iambici, excepto v. 718. epiphonematico, qui est monometer iambicus.

Vs. 847. dimeter iambicus. 848 iambus. 849 dimeter troch. cat. 850 trimeter iambicus. — 854 bacchius. 855 trim. iambicus. — 858 sq. iidem.

Vss. 860 — 868.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ dim. dochm.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ idem.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ penth. dact. et dochm.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – ⏑ encomiolog. coll. Herm. El. p. 651.

–́ ⏑ –, – ⏑́ ⏑ –́ – –́ cret. et dochm.

–́ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ ⏑ dim. cret.

⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –́ ⏑ –́ dim. dochm.

–́ ⏑ –, – ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́ cret. et dochm.

– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –́, ⏑ –́ –, –́ ⏑ – dochm. bacch. et cret.

Vss. 869. 871. antispastici. — Vss. 870. 872 — 874. trimetri iambici. — Vs. 875 bacchius. — Vs. 876 sq. trimetri iambici.

Vss. 878 — 881.

– ⏑́ ⏑ –́ – –́ dochmius.

–, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – – logaoed. cum anacrusi.

–́ ⏑ –, – –́ –́ ⏑ ⏓́ cret. et dochm.

–́ ⏑ –, –́ ⏑ – dim. cret.

Vss. 882. 884. 885. trimetri iambici.

Vs. 883. ex penthem. iambico et dimetro iambico brachycatalecto compositus est. Cfr. Herm. El. D. M. p. 232.

Vss. 886 — 891.

– ⏑́ ⏑ –́ – –́, – ⏑́ ⏑ –́ – –́ dim. dochm.

⏑ –́ –́ ⏑ –́ dochm.

⏑ –́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – iambelegus. cll. Herm. El. p. 651 sq.

⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ – dim. iamb. cat.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ ⏑ – ⏑̄ logaoed. et adonius.

Vss. 934 — 1135. trimetri iambici.

Vss. 1136 — 1140. systema anapaesticum, quod constat dimetris.

Vss. 1141 — 1157. trimetri iambici.

Vss. 1158 — 1064.

–́ ⏑⏑⏑⏑⏑⏑, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ – dip. troch. et tetram. chori. cat.

–́ ⏑ – ⏑̄, –́ ⏑ ⏑ – dip. troch. et chori.

⏑ –́ ⏑ – – penth. iamb.

– –́ –, –́ ⏑ ⏑ – mol. et chori.

⏑ –́ ⏑̄, –́ ⏑ ⏑ – amphibr. et chori.

–, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ –́ – qualis v. 594.

Vss. 1171 — 1182.

⏑̄ –́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ – qualis v. 1163.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – dim. chori.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – – dim. chori. hyperc.

–, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – dim. chori. cum anacr.

–́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ – dim. chori.

–́ ⏑ ⏑ – – chori. hyperc.

⏑ –́ –́ ⏑ –́, – –́ ⏑ –́ ⏑ –́
–́ –, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́
–́ ⏑, –́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –
} unus versus est, constans dim. dochm. et dim. glycon.

–́ ⏑ ⏑ –, ⏑ –́ chori. et iamb.

–́ –, –́ ⏑ ⏑ – – pherecrateus.

Vss. 1195 — 1373. trimetri iambici.

V. 1374 — 1392. duo systemata anap., quae constant dimetris uno interposito monometro.

Von der in unserem Verlage unter der Leitung von **Jacobs** *und* **Rost** *erscheinenden* **Bibliotheca Graeca** *sind folgende Bände vollendet und in allen Buchhandlungen zu haben.*

I. Von Dichtern.

Homeri Ilias ed. Spitzner. Vol. I. (enthaltend den Text mit untergesetzten verschiedenen Lesarten und kritischer Beurtheilung derselben) 5 thlr. 8 gr. (in vier Sectionen, von denen jede 6 Bücher enthält und grammatische Excurse)

[NB. Vol. II. enthaltend einen vollständigen Kommentar, wird demnächst ebenfalls in 4 Sect. geliefert.]

Hesiodi Opera ed. Goettling. 20 gr.

Pindari Carmina ed. Dissen. 2 Vol. (von denen der erste Band den Text nebst kritischen Bemerkungen, der zweite den Kommentar enthält). 4 thlr. 6 gr.

Aeschyli Tragoediae ed. Klausen. Vol. I. Sect. I. Agamemno. 1 thlr. 20 gr. — Sect. II. Choephorae. 1 thlr. 9 gr

Sophoclis Tragoediae ed. Wunder. Vol. I. 2 thlr. 16 gr. Auch in 4 einzelnen Sect. verkauft: Philoctet 18 gr. — Oedipus Rex. 12 gr. — Oedipus Col. 20 gr. — Antigone 14 gr.

[NB. Am zweiten Bande wird gedruckt.]

Euripidis Tragoediae ed. Pflugk. Vol. I. 1 thlr. 16 gr. Auch in 4 einzelnen Sect. verkauft: Medea 10 gr. — Hecuba 10 gr. — Andromache 12 gr. — Heraclidae 12 gr.

Ejusdem Operis Vol. II. Sect. I et II. 22 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Helena 12 gr. — Alcestis 10 gr.

[NB. Das Werk wird fortgesetzt und der jetzige Gesundheitszustand des Herausgebers giebt Hoffnung zu schnellerer Beendigung.]

II. Von Prosaikern.

Theocriti Idyllia ed. Wüstemann. 1 thlr. 18 gr.

Anacreontis Carmina, Sapphus et Erinnae Fragm. ed. Moebius. 12 gr.

Delectus Epigrammatum Graecorum ed. Jacobs. 2 thlr.

Platonis Opera Omnia ed. Stallbaum. Vol. I. 2 thlr. 10 gr. Auch in 3 einzelnen Sect. verkauft: Apologia Socratis et Crito una cum disputatione de Platonis vita, ingenio et scriptis. Edit. 2. 18 gr. — Phaedo. Edit. 2. 18 gr. — Symposium. Edit. 2. 22 gr.

Ejusdem Operis. Vol. II. 1 thlr. 14 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Gorgias 20 gr. — Protagoras 18 gr.

Ejusdem Operis. Vol. III. Politia 3 thlr. 6 gr.

Ejusdem Operis. Vol. IV. 2 thlr. 2 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Phaedrus 20 gr. — Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. 1 thlr. 6 gr.

Ejusdem Operis. Vol. V. 2 thlr. 3 gr. Auch in 2 einzelnen Sect. verkauft: Laches, Charmides, Alcibiades uterque. 1 thlr. 6 gr. — Cratylus 21 gr.

[Der ganze Plato wird vollständig geliefert; jedes Jahr 1 Band.]

Xenophontis Cyropaedia ed. Bornemann. 1 thlr. 16 gr.

Demosthenis Orationes Selectae ed. Bremi. Sect. I. 1 thlr. 4 gr. — Sect. II. 20 gr.

Isocratis Orationes Selectae ed. Bremi. 20 gr.

Lysiae et Aeschinis Orationes Select. ed. Bremi. 2 thlr.

Henningsʼsche Buchhandlung.

